

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

... ..

Faint, illegible text in the upper middle section.

... ..

... ..

Faint, illegible text in the middle section.

... ..

Faint, illegible text in the lower middle section.

... ..

Faint, illegible text in the lower section.

... ..

Faint, illegible text in the lower section.

... ..

Faint, illegible text in the lower section.

... ..

... ..

S

a

S

H



CE VIII

CE VIII

Gl. 94.



FAMILIA
SELEVCIV
DARVM, QVÆ
AB OLYMPIADE
CXVII. HOC EST, TER-
tia ab ALEXANDRI MAGNI obitu
usq; ad pulsum à Cn. Pompeio ANTIO-
CHVM ASIATICVM, regnavit in
Asia & Syria annos
CCLI.

Additis propter argumenti uicinita-
tem, atq; ad usum uberiores in lectio-
ne Græcæ & Romanæ historiæ,
Regibus Comagenæ &
Bithyniæ.

Auctore

REINERO REINECCIO
STEINHEMIO.

M. D. LXXI.

F A M I L I A

S E L E C T I O N

M A G I S T R I

A B O L Y M P I A D E

E T I T I M O C R I T I C A

I N S T I T U T I O N E M A G I S T R I

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

E T I T I M O C R I T I C A

N
P
E
C



NOBILISS. VIRO,
PRVDENTIA, DOCTRINA
ET VIRTUTE AMPLISS. D.
CHRISTOPHORO A SCHLEINITZ,
Domino Ronneburgi, Patro-
no suo summa obseruantia
colendo.

REINERVS REINECCIVS
STEINHEMIVS.
S. D.



Multiplicem Historiarū cūm
in uita communi, tūm in
disciplinarum tractatione,
usum esse, & fructus inde ca-
pi uberrimos, traditum à
multis est, neq̃ hīc à nobis addi quic-
quam debet. Etenim neq̃ Rempub. be-
nè geret, qui non exempla magnorum
uirorum intuendo ad hęc sese compo-
suerit: & ieiuna est ut sacrarum litera-
rum atq̃ legum, ita præcipuè Philoso-
phiæ professio, cum qua non hęc con-
iuncta est cognitio. Quanquam Lucia-
nus & in Medicis eam ita requirit, ut pe-
culiare & proprium his esse dicat, histo-
riam condere. Idcirco diligenter in stu-
diorum partem illam incumbendum: &
conferenda huc opera ea, ut non ueluti

EPISTOLA

è longinquo aspiciendo attingamus illam obiter, sed in ipsa penetralia progrediamur: ita demum thesauros inuenturi, quibus non fortunæ, quæ momentanea sunt, sed animi bonis locupletemur. Enimvero factitarunt hoc præstantissimi quicquid uiri omnium ætatum, factitarunt Reges & Principes potentissimi: è quibus alij historias ipsi conscribere, nempe Ptolemæus Soter, Ptolemæus Euergetes, Antipater Macedo, Aratus Sicyonius, Annibal Poenus, Herodes Iudæus, Iuba iunior (quo quidem Plutarchus neminem historiarum fuisse peritiorem, ait) Sylla, Cæsar Dictator, Augustus, Tiberius, Claudius, Adrianus, Antoninus, Seuerus, Iulianus Apostata &c. alij impediti negotiorum & occupationum mole, qui idem præstarent, liberaliter aluere, ut Xerxes Persa, Alexander Magnus, Antigonus, Ptolemæus Philadelphus, Lyfander, Alphonfus Hispanus, Matthias Huniades, Vngarus. Et notum est ex Lampri-dio, quantum historicis detulerit princeps optimus & sapientissimus Alexander Mammæ, qui & in consilijs assiduè eis usus est.

Quem-

DEDICATORIA.

Quemadmodum uerò neq̄ ad di-
 sciplinas cæteras quauis uia , ut ille
 ait, curritur, sed certis quasi tramitibus
 insistendum est: ita neq̄ historiarum
 cognitio quauis uel lectione uel tracta-
 tione comparatur, sed & hîc peculiari-
 bus ueluti ὁδὸν ἡγίαις opus est. Quæ quan-
 quam & sint & nominentur diuersæ, ex-
 peditissima tamen absq̄ controuersia
 omnium est, Genealogiarum diligens
 obseruatio. Nam quid de rebus gestis
 is edifferet, cui personarum, ad quas il-
 læ pertinent, distinctio & series ignota
 sit? Vnde singulariter in Romana histo-
 ria quosdam tam crassè impegisse uide-
 mus, ut etiam nonnunquam ex proprijs
 nominibus appellationes fecerint, &
 homines mirifica sane metamorphosi
 in oppida, in herbas, in aquam & ig-
 nem commutârint. Cumq̄ nuper de as-
 sensu & approbatione clariss. uirorum
 Ioachimi Camerarij, Peuceri, Fabricij,
 præceptorum meorum perpetuæ ob-
 seruantia studio colendorum, in cæte-
 ris edidissemus familias regum Mace-
 doniæ, adiungere his uisum fuit S E-
 LEVCIDAS, qui origine Macedo-
 nes post Alexandrum Asiæ & Syriæ im-



EPISTOLA

perârunt. Nam præterquam quòd historia Macedonica intelligi absq̃ his plenè nequit, inprimis pertinent ad enarrationem sacrorum de Maccabæis librorû, ubi mentio de ijs plurima est. Etenim ut Seleucus *μικάτωρ*, & Antiochi, *θεός* & Magnus, beneficia multa in Iudæos contulerunt: ita Epiphanes grauissimè & acerbissimè afflictos unà cum religione extirpare radicitus conatus est. Nec temperârunt ab iniuria successores, ita quidem, ut uera beneuolentia amicitia cum Iudæis nunquam coniunxerint, sed uel metu grauiorum motuum & periculorum adducti, uel officijs & pecunijs deliniti: donec tandem ita fracti & enervati ipsi sunt, ut non solùm contemni, sed & prædæ finitimis esse cœperint. Nam creuere atq̃ confirmârunt sese ex prouinciarum Seleucidis ademtatum spolio Parthi & Armenij, & in uicinas terras impunè inuasere Iudæi & Arabes. Quarum tot cladum tandem Syri pertæsi, Seleucidis exclusis regnum in Tigranem Armenium transtulerunt. Ac quanquam ab hoc recuperatum illud restituit Antiocho Asiatico LVCVLLVS, tamen mox repetijt Pompeius, & Romani Imperij

DEDICATORIA.

perij prouinciam fecit. Quippe ea persecutores Ecclesiæ suæ Deus Opt: Max: afficere pœna assolet, ut eandem & in posteritatem deriuet. Et addiderant huic tanto sceleri Seleucidæ præter incesta multiplicia etiam parricidia nefaria, auctore primo Seleuco Callinico: sub quo quidem prima Syriaci regni inclinatio facta est: mulctato aliquanto post filio eius Antiocho, quem & ipsum ueneni Antiocho F. propinati Liuius insimulat, Asia cis Taurum à Romanis.

Adiecimus his quasi appendicem familias regum Comagenæ & Bithyniæ: è quibus uti illi è Seleucidarum ruina aucti maximè uidentur: ita hi & cœpere & interiere cum ijs tempore penè eodem. Atq; præterquam quòd utrorumq; cognitio ad plurimorum auctorum lectionem perutilis, adeoq; necessaria est, etiam Bithynicam historiam repetijmus ceu potius immutauimus libentius, quòd quæ antea collegeramus, essent οὐκ ἀνευσφαλμάτων πολλῶν: δεύτεραι γὰρ φροντίδες σοφώτεραι. Id quod si usquam alibi, certè in historiarum tra-



EPISTOLA

Etatione uel in primis locum habet, cum
 sapissimè testimonijs ita destituamur,
 ut solis coniecturis agendum sit, quæ ta-
 men & ipsæ rationibus niti firmis de-
 bent.

Cæterum quia & hîc patrociniis no-
 bis aliquo opus intelligebam, nobiliss.
 uir, Domine & Patrone summa obser-
 uantia colende, cœpi id ab Amplitudine
 tua expectare, quòd cum nobilitate ge-
 neris eruditionem in literis tantam con-
 iunxisset, ut cum illa superet in sua gen-
 te omnes, hac pares omnino paucos
 habeat. Etenim nota inclytæ Sleiniciæ
 domus antiquitas, nota uirtus, nota in
 patriam merita. Accedebat huc debitæ
 obseruantia perfoluendæ uoluntas quæ-
 dam nostra: quippe qui beneuolentiæ
 propensionem A. T. erga me atq; hæc
 studia mea cognouerim prolixam: quam
 testatam literis etiam beneficio suo atq;
 liberalitate confirmandam putârit. Ic-
 circo officium hoc à me qualecunq; tri-
 bui sibi A. T. ita patiat, ut uoluntatem
 erga nos suam atque iuuandi studium
 conseruet, oro. Fuit omnino historiarû
 pars hæc ita inculta hæctenus atq; deser-
 ta, ut tametsi attigerint multi, absolue-
 rit

DEDICATORIA.

rit tamen nemo. Nam afferenda huc cognitio multiplex: afferenda lectio & diligentia multa. Sed conferet id A. T. in studia communia beneficium, illam benignitate sua tuendam atq; ornandam suscipiat: exprimendo ordinis sui uirum laudatissimum C. Mecænate, quem non tam Augusti Cæsaris amicitia, non res præclarissimè gestæ, non deniq; equestris dignitas, quàm erga homines eruditos studium & merita immortalem fecere.

Benè & feliciter ualeat A. T. E. My-
forum Lipsia. Cal. Maij.

M. D. LXXI.

Subjicere hic etiam visum fuit errata, quæ partim describendo partim exprimendo commissa, inter relegendum auctor obseruasset.

Pag: 7. u. 2. l. regibus. pag. 8. u. 15. l. sequatur. u. 25. l. Seleuci V. pag. 12. u. ult. l. Sex. Rufus. pag. 15. u. 9. l. Arrianus. pag. 16. u. 22. l. commisi sunt. u. 27. l. ictos. pag. 17. u. 1. l. πυργούτε. u. 24. l. oppugnatus. pag. 18. u. 13. l. predatorijs. pag. 20. u. 11. l. πογώρ. u. 12. l. ab eadem, pag. 22. u. 16. l. Mystam. u. 19. l. procrearit. pag. 24. u. penul. l. Philopatori, pag. 25. u. 1. l. retentam. pag. 27. u. 14. di-

A 5

uulsus

uulsus per paragraphum nouum perperam est ab
Antiochi M. historia. pag. 29. u. 1. l. VIII. pag.
30. loco Danielis citato subiiciatur, Vbi hostis
Dei excelsi & euerfor religionis propo-
nitur Ecclesiæ tanquam effigies Anti-
christi, qui extrema mundi tempora sit
rabie & tyrannide uexaturus. pag. 32. u.
3. l. Lysia. pag. 34. u. 4. l. post. pag. 36. u. 1. l.
DEMETRIVS.. II. cognomento *νικᾶτωρ*. pag.
38. u. 14. l. scenicorum pag. 39. u. ult. l. Zebi-
na. pag. 41. u. 1. l. eiectus. pag. 44. u. 5. iterum
per paragraphum nouum ab Alexandri Zebina
historia diuulsus est. pag. 47. u. 11. l. Samosata.
pag. 48. u. 19. l. plebeios. u. 22. l. Q. Seruæus.
pag. 51. u. 14. l. Cimbros. u. 22. l. qui. pag. 52.
u. 17. l. Bregos. pag. 53. u. 20. l. multa. pag.
54. u. 9. l. quod. & seq: Doryssi. u. ult. l. Ly-
cum. pag. 55. u. 1. l. obscurauit. u. 5. l. eorum
historia. u. 8. l. Pherecyde. pag. 56. u. 7. l. Le-
nate, & iterum, nos. u. 23. l. Lysimachum. u.
25. l. Ziboeam. pag. 57. u. 18. l. discedimus.
pag. 59. u. 21. l. conditiones. pag. 60. u. 3. l.
Ziboeta. u. 19. l. idem Pausanias. pag. 61. u. 8.
l. *κυνήγος*. pag. 62. u. 24. l. T. Quinctium. pag.
63. u. ult. l. censemus. pag. 65. u. 1. l. ad usum
ulla ex parte incomm. pag. 66. u. 18. l. DC. u.
22. l. prima in Asia stipend. Quæ præterea mi-
nutiora occurrent, nempe de quibus in regibus
Argiuis factio mentio, quæq; effugere neminem
possunt, quisq; suo Marte emendabit.

I

DE SYRORVM ORIGINE ET IMPE- RIIS: FAMILIÆ SELEUCI-

darum propagatione, interitu, con-
suetudinibus, quibz de ea
scripserint auctores.



*S*si Seleucidarum apud Syros reg-
num nequaquam gentis huius exi-
stimandum est, sed Macedonum, qui
euerſa Perſarum Monarchia cum
reliqua Aſia Syriam occupatam re-
tinuerunt: tamen ſeruare hic etiam conſuetudinem
noſtram uoluimus, perſuaſum habentes, neq; in-
gratum id lectori fore, & expoſitioni ipſi lucis in-
de aliquid acceſſurum.

Faciunt Plinius, Mela, Oroſius Syriam am-
pliſſimam, & ſeu prouincias ſeu partes eius appel-
lant: Palaſtinam, Iudæam, Cœleſyriam, Phœnicen,
Damaſcenam, Babyloniam, Meſopotamiam, Sophe-
nen, Comagenen, Adiabenen, Antiochiam. Sed ea
nominis Syriæ uſurpatio magis ad ciuilem Roma-
norum conſuetudinem, quàm ad ueram gentium,
quæ terras haſce incolere, diſtinctionem, quæ po-
tiſſimum linguarum & originis diuerſitate inſtitui
ſolet, accommodata eſt. Nam PALAESTINI
ſunt à Philiftijm, filio Mizraim, nepote Cham, de
flexa enunciatione Ebræa ad Græcam. IVDAEO-
RVM

RVM originem de confirmatione sacrarum literarum Ebraeam facimus ab ABRAHAMO: cuius ex ISAACO F. nepos IACOBVS, cognomento Israël, ISRAELITARVM nominis auctor est, ut pronepos IVDAS, Iudeorum. PHOENICES condidit SIDON, filius Chanaan, à quo Sidonis urbis appellatio mansit: estq; à Phœnicibus nomen POENI, omissa ueterum more aspiratione, quod de Carthaginensibus usurpatum fuit. Nam CARTHAGO Tyriorum colonia est, quos Tyrios Sidonios fuisse, constat. Et nomen Carthago Ebraeum est, ~~et~~ Kariath, urbs (unde ~~et~~ Alcastrum Aegypti, quæ ueteribus Memphis est, ~~et~~ CYRENE, quarum illa Dei, hæc fontis urbem significat, denominatæ) ~~et~~ Ia, Deus. MESOPOTAMIOS Strabo miscet ex Arabibus, Syris ~~et~~ Armenijs. BABYLONII Chaldaei sunt, ab ARPHACHSAD, filio Sem. SOPHENI ~~et~~ ADIABENI Assyrij esse uidentur, ut ANTI- OCHENI Macedones. Hi enim ut reliquam Asiam uniuersam, ita inprimis Syriam colonijs suis compleuere. Proinde exquisitè loquendo Syrorum appellatio tantum ad Cœlesyriæ, Damascenes ~~et~~ Comagenes incolas pertinet. Nam quod Strabo ~~et~~ IDVMAEOS, quos condidit ESAVS, cognomento Edom, frater Iacobi, eis accenset, locum habere non debet: reiiciturq; merito eadem ratione, quod Herodotus Cappadocas Syros facit, eosq;

Leuco-

SELEVCIDARVM. 3

Leucosyros cognominat, cum origo horum fuerit à
 MESECH. Collocat autem in Coelesyriam Iose-
 phus MOABITAS & AMMONITAS.
 Vtriq; propago sunt filiorum LOTHII: cumq;
 historia eorum è literis sacris nota sit, dicere de ijs
 in præsentia plura supersedeo. DAMASCENI
 sunt ab ARAM, filio Sem. Sic enim Esaias uates
 cap. 7. Caput Aram Damascus. Estq; ab ea-
 dem urbe nomen Damascenorum profectum: quam
 exponunt aliqui sanguinis saccum, à Dam sanguis
 (Vnde & uox Akeldana in historia Passionis) &
 Sak, saccus: quia scilicet in isto loco sit interse-
 ctus Abel. Quanquam Iosephus Damascens Sy-
 ros à TIGLATHILASSARE post occupa-
 tam Damascum, & cesum REZEM Regem
 traductos in Mediam, atq; in locis horum
 sedes gentes quasdam Assyriæ collocatas, ait: cum
 literæ sacræ exilij locum hunc nominent Kir, de
 quo omitto coniecturas interpretum. Ac refero
 ad eandem originem COMAGENOS, & si à
 Moabitis & Ammonitis discedas, COELESY-
 ROS. Nomen SYRI mutilârunt Græci ab altero
 Assyrij, id quod docent Herodotus, Strabo, Iustinus.
 Nam utrosq; gentem unam & eandem credidère.
 Et pertinet huc, quod scripsit Eustathius, Assyrio-
 rum & Syrorum nomen aliquibus ἀσσυρίων es-
 se. Ita enim usurpatum reperimus ab Athenæo, Lu-
 ciano, Egesippo: è quibus Lucianus se etiam Assy-
 rium

rium uocat, cum Syrus fuerit e Samosata urbe. Et tradit Dion, HELIOGABALVM cognominatum Assyrium, quod Syri sacerdotis ueste uteretur. Tamen Syros lingua patria a conditore Aramo ARAMEOS se nuncupasse, Strabo, Iosephus & Eusebius auctores sunt: eodem plane modo, quo Aegyptij a Mizraim Mesraeos se uocârunt, quod nomen hodie quoq; Turcis & Arabibus in usu esse, aiunt. Estq; appellationi Aramei uicina ab Homero usurpata, ARIMI, ac censet Strabo ea Syros accipiendos, ut per EREMBOS, Arabas. Nam cognatas facit gentes, Armenios, Syros, Arabes, cum lingua & moribus, tum etiam corporis lineamentis. Vnde neq; improbanda coniectura uidetur, si quis ut originem Syrorum & Armeniorum, ita singulariter horum & Arabum nomen ab Aram fuisse, existimaret. Nam ARABES quidem stirpis diuersae sunt, nempe ab ISMAELE & reliquis Abrahami ex Cethura filijs, teste Iosepho. Attamen suum hac de re cuiq; iudicium liberum sit: quandoquidem sacrae literae Armeniam uocant terram Ararat. Et quia montosa illa fuit, putat uir ingeniosissimus Ioannes Mathesius significare Armeniam idem quod minij uel metallorum montes: quoniam utro- rumq; illa feracissima extitit.

Quæ Syrorum fuerint initio imperia, ex literis sacris obscurum non est, nempe libera neq; seruituti aliarum gentium obnoxia. Nam quod tradidit

SELEVCIDARVM.

didit Diodorus, à NINO Aſſyrijs ſubditos, in eo fi-
dem illi derogamus: cum quidē & AMRAPHEL,
qui NINYAS eſſe putatur, occupatis Gomorrhā
& Sodoma mox cum regibus ſocijs pulſus ſit ab
ABRAHAMO. Quanquam ceteroquin eti-
am de Syriaca hiſtoria uehementer uariatum appa-
ret. Nam Berofus ab ASCATADE primū
Syriam occupatam, ait: quod errore adhuc craſſiore
Xenophon regi Aſſyriorum ultimo, hoc eſt, BAL-
THAZARI, aſſcribit. Ac legimus apud Strabo-
nem, hiſtorias Medorum, Perſarum, Syrorum etiam
propter ſcriptorum ſimplicitatem parum fidei in-
ueniſſe. Celebratiſſimum autem eſt regnum Dama-
ſcenum familiae ADADORVM: quod nomen à
ſtirpis conditore proſectum ita retinuere poſteri,
ut Parthici reges ab Arſace Arſacis, Aegyptij à
Ptolemæo Ptolemæorum, teſte Iosepho. Cœpit hoc
temporibus Dauidis, & administratum à regibus
decem, ita ut ſemper patrem exciperet filius, poſt
BENADADVM ad nouam familiam AZA-
ELIS transfertur. E qua BENADADVS
alter tribus uincitur prælijs à IOA, rege Iſraelita-
rum, cum hiſ pater AZAEL hostis fuiſſet
ἄσπρον & atq; grauiſſimus. Poſtremus Syrorum
rex RAZINES, cum ACHAZO hostis fa-
ctus Hieroſolymam obſediſſet, artibus eius bello in-
uaditur à TIGLATPHILASSARE, monar-
cha Aſſyriorum, & Damasci obſeſſus tum ſibi inte-
ritum

ritum, tum genti toti seruitutem perpetuam attrahit. Nam paruit exinde Syria externis imperijs Assyriorum, Chaldaeorum & Persarum: quibus postremis ab ALEXANDRO deuictis, in ditionem huius concedit, & regitur post obitum eiusdem primum à LAOMEDONTE, deinde à PTOLEMAEO. Quem cum expulisset rursus ANTIGONVS, tandem hoc ad Ipsum cæso, obuenit SELEVCO Nicatori, in eiusq; deinde atq; posterorum (de qua familia explicatio nostra erit) potestate manet.

Fuit autem SELEVCI origo ex Oropo urbe, teste Stephano. Neq; aliam ipsius nobilitatem reperimus: etsi hanc uetustam atq; illustrem fuisse, dubium nullum est. Quippe inter Philippi Duces locum tenuisse Antiochum, Seleuci patrem, Iustinus auctor est. Atq; nos cum Appiano Seleucidarum ab eo nomen retinere uoluimus, quòd ob regiae dignitatis partum decus ceu condidisse familiam hanc uideatur. Est uerò omniuò historia eius obscurior & perplexior, confusis saepe personarum cum nominibus tum rebus gestis. Enimuero de filio Seleuci ANTIOCHO Sotere, ut Iustinus uictoriae huius de Galatis non meminit, ita non ipsum sed Antiochum Hieracem, pronepotem, uictum cum Galatis ab EVMENE. I. ait. Quod cum tempora etiam impugnent, malumus nos sequi Strabonem, Appianum, Lucianum: cum certum hoc sit

ex

SELEUCIDARVM. 7

ex Pausania & Liuiio, primum omnium ex Pergas-
mensibus ægibus cum Galatis depugnasse AT-
TALVM. I. huncq; solum ex Asiæ regibus tri-
butum eis negasse. Atq; de sequentibus regibus ita
scriptores uariant, ut Suidas & Cedrenus AN-
TIOCHVM Epiphanem Seleuco Philopatore
prognatum dicant: cui præter perpetuum scripto-
rum consensum etiam Maccabæorum libros oppo-
nimus, qui Antiochum Magnum ei patrem attribu-
unt. Quanquam Cedrenus ut sæpe aliàs, ita hic
etiam iustius reiicitur, quod Epiphanem à Seleuco
decimum quintum regnasse scribit. Accedit iam
dubium nouū de ALEXANDRO Epiphane.
Etenim Iustino Prompalus, et extremæ sortis iuue-
nis dicitur, quiq; Demetrii odio instigatus & ad-
iutus à Ptolemæo, Attalo, Ariarathe, regibus,
Alexandri nomen assumserit, itaq; Antiochi filium
se finxerit. Nec discrepant ab hac sententia Athe-
neus & Appianus: quorum ille filium Antiochi
supposititium uocat, hic falsò in Seleucidarum
gentem ipsum ingessisse sese, ait. Ac Florus etiam
à se ipso dissentiens alibi à Perseo, rege Mace-
donie, propagat, alibi incertæ stirpis hominem
nuncupat. Sed rectissimum fuerit uestigijs
librorum de Maccabæis hic insistere, quibus cum
conueniunt Strabo, Iosephus, Zonaras, Egesippus,
Tametsi ex his Strabo mendo omnino non careat,
qui lib. 16. Balam Alexandro filium attribuit, cū

B

hoc

hoc ille cognomentum habuerit, quomodo est apud Iosephum. Estq; idem erratum in Eusebio, qui alibi Antiochi, alibi Balæ filium facit. Ut & Flori exemplar deprauatum suspicer: qui eodem loco Alexandri filium (Nam de hoc loqui cum apparet, cum Ammonius apud Alexandrum uixerit, teste Iosepho) casum ab Ammonio tradit, cum post regnasse hunc cū TRYPHONE, fateatur. Quamquam de eodem ANTIOCHO & alias inter se dissidentes scriptorum opiniones inuenias: è quibus Orosius Diodoto genitum putat. Et Iustinus etiam de DEMETRIO. I. ita labitur, ut patrum Antiochi Eupatoris appellet, qui reliquis scriptoribus omnibus patruelis est: cum quidem adhuc crassiores de DEMETRIO II. errores sequantur. Etenim à Tryphone contra ipsum gesta bella planè confundit, eaq; post reditum è Parthis renouata ab illo tradit: cum constet ex Strabone, hunc ante id tempus ab Antiocho Apamiæ obsessum, periisse. Intricatissimæ autem omnium sunt expositiones de Antiochis, Grypho & Cyzaceno. Quippe Iosephus in liberis horum, imperium Seleucidarum concidisse refert, cum Appianus in Cyziceni nepotem Antiochum Asiaticum extendat, omisis tamen SELEUCI. 5. fratribus et successoribus. De quibus ut Iosephi narrationes ueriores iudicamus: ita de ANTIOCHO $\epsilon\upsilon\sigma\epsilon\beta\epsilon\iota$ & filio huius Antiocho Asiatico maluimus sequi Appianum, sic tamen
 ut

SELEVCIDARVM.

ut oppugnatos ab Antiocho $\epsilon\upsilon\sigma\epsilon\epsilon\tilde{\iota}$ Parthos non
 negemus, sed è quo ille bello reuerterit, itaq; tan-
 dem à TIGRANE regno deiectus, exul obierit.
 Nam coniugem eius CLEOPATRAM sub
 Tigranis aduentum adhuc in Syria regnasse, disertè
 affirmat. Fefellitq; idem fortè Iustinum, ut resti-
 tutum ipsum à LVCULLO et mox à Pompeio
 pulsum, sentiat. Nam id quidem nos cum Appiano
 & Eusebio de ANTIOCHO Asiatico accipi-
 mus. In quo Antiocho uicto post à Cassio & caeso
 tandem stirps illa interiit. Etenim ex amplitudine
 maxima ad eam redierat angustiam, ut in hoc solo
 constiterit. Quanquam occurrunt hìc non pauca
 alia, de quibus lector attentus dubitare merito pos-
 sit, quæ tantum coniecturis uerisimilibus explican-
 da atq; enodanda sunt. Enimuero plures à Seleucia
 dis ortas quasi propagines, docent, quæ de Arteni-
 one habet Valcrius, de Lysia Iosephus. Nam uterq;
 è stirpe regia progenitus fuit. Legimus etiam
 apud Eustathium & Stephanum, ANTIOS-
 CHVM Seleuci à matre Antiochide, Antiochiam,
 à Sorore Laodice, Laodiceam, à Nysa Vxore, Nys-
 sam, Vrbes, appellasse: quod quorsum pertineat, &
 an hoc auctores illi certò uelint, diuinare equidem
 non possumus. Certè de eorum regum nullo, quos
 his nominibus historiae referunt, intelligi id posse,
 sequens nostra docebit expositio. Nam Antiochus
 Soter Apamem matrem habuit, neq; Sororis eius

mentio fit: Magno uerò Antiocho, itidem Seleuco patre genito, mater Laodice fuit, ut est autor Polybius. Neq; transeunda hoc in loco silentio putauimus, quæ de Seleucidarum regni tempore in literas relata sunt. Nam & hic nonnihil uariatur. Appianus quidem regnatum ab illis ait annis 270. Polybius collocando mortem Seleuci Nicatoris in Olympiad. 124. Seleuci κροναῶς in 139. Ut de hoc conuenit cum supputatione ab Eusebio tradita, ita illi tempori detrahit totos annos quatuor. Idcirco sequimur omnino Eusebium, qui Seleuci Nicatoris imperium orditur ab Olymp: 117. nempe tertia post mortem Alexandri: Vnde numerando usq; ad Olympiadis 150. annum tertium, quo Antiochum Asiaticum expulit Pompeius, proueniunt anni 251. Quanquam quos idem Eusebius regum annotauit annos distribui in tempus illud æqualiter nequeunt: et inclusi hic adhuc anni sunt, quibus Syriacum regnum tenuit TIGRANES. Ideo de posterioribus regibus facere cum Iosepho maluimus, adiuciendo tamen, quæ ab Eusebio tradita essent: Cum quibus conuenit Chronologia ea, quam nomine regni Græcorum habent libri Maccabæorum: nec dissentit Æra, quam nominat Ptolemæus.

Consuetudines SELEUCIDÆ tenuere gentis Macedonicæ, à qua oriundos fuisse diximus. Memorabile est, quod tradidit Iustinus, eos ueluti notam generis naturalem habuisse anchoram

in

SELEVCIDARVM. 11

in femore, cum primum SELEVCVS, generis conditor, cum ea natus esset: refertq; idem eius rei causam in matris Seleuci somnium. Meminit huius & Ausonius de claris Urbibus, ubi de Alexandria & Antiochia agit, quos Versus subiicio.

Et uos ite pares, Macedumq; attollite nomen,
Magnus Alexander te condidit: illa Seleucum
Nuncupat, ingenitus neuis fuit anchora si-
gnum:

Qualis iuncta solet generis nota certa: per om-
nem

Nam sobolis seriem natiua cucurrit imago.

Tamen Appianus ut de corporis nota illa nihil habet, ita matrem Seleuci monitam in somnis dicit, ut quem primum annulum inueniret, gestandum filio traderet, quod regnaturus esset, ubicumq; is ei excidisset: cumq; ita Seleucus annulum ferreum cum insculpta anchora ab illa inuentum sibiq; traditum circa Euphratem amisisset, atq; dum Babylonem petit, pede ad lapidem offenso, hocq; ideo mox erui iusso, anchoram inuenisset, ita deinceps illa in annulo signatorio usum. Sed haec suo cuiq; iudicio estimanda relinquimus. Quanquam huic non dissimile de Spartis Thebanis prodidit Hygnius, quos omnes in corpore habuisse insigne, scribit. Atq; notum est exemplum de Thraecum Veterum nobilitate, quae non quidem naturalibus sed cauterio inustis

B 3 Stigmatiſ

usa fuit: ad eundem plane modum, quo nostro tempore Despotis Moldauie usitatum ferunt, ut liberis suis, quam primum illi nascantur, notam aliquam inuri curent, ut ne scilicet ambigi de legitimis heredibus possit, & excludantur alieni.

Qui Seleucidarum habitus fuerit, docet in Antonio Plutarchus, nempe Crepidæ, Chlamys & causia, quam diadema ornaret. Addit Iosephus, fibulam auream solis cognatis Reges concessisse. Regia Seleucidis Antiochia fuit, quæ Straboni tetrapolis est: quippe primam partem à Nicatore habitatam ait, alteram tribuit multitudini habitatorum, tertiam facit Seleuci Callinici, quartam Antiochi Epiphanis. Estq; hinc, quod ferè Syriæ reges appellentur, ommissa Asiæ mentione, quam post cædem Lysimachi propemodum uniuersam occuparunt. Etsi & nomina ambo interdum coniuncta reperias, qua de re exempla habent Metasthenes, Iosephus, Eusebius.

De historia Seleucidarum explicarunt præter Maccabæorum libros, è Græcis: Metasthenes, Polybius, Diodorus, Strabo, Philo, Iosephus, Plutarchus, Appianus, Pausanias, Polyænus, Dion, Ælianus, Eusebius, Cedrenus, Zonaras, Suidas, Lucianus, Athenæus: è Latinis: Liuius, Florus, Velleius, Valerius Maximus, Seneca, Tacitus, Plinius, Solinus, Curtius, Iustinus, Ammianus, Eutropius, Orosius, Sex, Rufus, Egesippus, D. Hieronymus,

SELEVCIDARVM. 13

mus, Gellius. Citantur præterea auctores in Macca-
bæorum libris, Athenæo & Suida: Iason, Posi-
donius Stoicus, Simonides Magnes & Timæus.

FAMILIA SELEV-
CIDARVM, QVAE REGNA-
VIT IN ASIA ET SY-
RIA, Annos 251.

ANtiochus Macedo, ex urbe Oropo, claruit
inter duces PHILIPPI Amyntæ: cuius
rei memoriam ut monumento aliquo consecraret
SELEVCVS F. Antiochiæ Vrbi ab eo nomen
imponit. Strabo, Appianus, Stephanus, Iustinus.

Fuit cum Antiocho Laodice, è qua genitus
SELEVCVS.

I. SELEVCVS. I. cognomento *ἡλέτιος*,
consecratur ALEXANDRVM ad expediti-
onem Asiaticam: confirmatus spe potentiaè ampliss.
acquirendæ tum matris somnio, tum sacrificij osten-
to, quod discessuro è Macedonia Pellæ obuenerat.
Cumq; fortem Regi operam nauasset, ab elephantor-
um magisterio ad tribunatum castrorum ascendit,
commendatum. ipsi post obitum Alexandri à
PERDICCÀ, & mox ad Satrapiam Babylo-
nis, traditam ab ANTIPATRO. Quam Saa-
trapiam post metu Antigoni, qui insolenter etiam

B 4 proken

prouentuum rationes ab eo exigeret, deserere cō-
 stus, ad P T O L E M Æ V M in Ægyptum pro-
 fugus abit: Vbi susceptus humaniter, copijsq; in-
 structus, & Babylonem recuperat, & subactis Ba-
 ctriānis feliciss. successu ad Indiam usq; imperij fi-
 nes propagat, S A N D R O C O T T O rege in fi-
 dem recepto: passus etiam propterea exercitus ho-
 norificè acclamantis uocibus & studio, de exemplo
 tum hostis A N T I G O N I tum sociorum
 P T O L E M Æ I, C A S A N D R I, L Y S I-
 M A C H I, R E G E M se salutari. Nam hi bel-
 lum ob expulsionem Seleuei & detentas Eumenia-
 nas prouincias contra Antigonum susceptum urse-
 re deinde acriter: ad quod & ipse regressus in
 Asiam, tandem ad ipsum Phrygiæ debellati & cæsi
 prouincias tanquam prædam captam cum iisdem
 socijs dispertitur. Vnde auctus mirificè & Stra-
 tonices connubio conciliatus D E M E T R I O
 Poliorcetae, Antigoni F. aliquanto post hunc ad
 arma reuersum, uiuum capit & contra L Y S I-
 M A C H V M, qui etiam precio oblato cædem
 eius expetierat, conseruatum in custodia honorifi-
 ca habet. Atq; exinde ab eodem Lysimacho factus
 alienior, Alexandrum et Lysandrum seuitiæ ipsius
 metu ad se profugos, tum dedentem se cum Perga-
 mo & thesauris P H I L E T Æ R V M Eunua-
 chum in fidem recipit: idq; bello temerè illato uin-
 dicaturum acie profligat atq; interficit: occupatis
 septem

Septem mensium spacio prouincijs, quas in Asia ille possederat, uniuersis. Etenim in Macedoniam & Thraciam inuasurus, occiditur ex insidijs ad Argos aram à P T O L E M Æ O ἰσχυρῶς: & corpus magna redemptum pecunia à Philetæro & morte regio crematum, Seleuciæ ab Antiocho F. conditur, Olymp: 124. cum fuisset in Imperio annos 32. uixisset 73. seu ut alij habent 77. Polybius, Diodorus, Pausanias, Appianus, Anianus, Eusebius, Suidas Cedrenus, Iustinus, Curtius, Orosius, Hieronymus. Excelluit iusticia, moderatiõe, industria: neq; aliẽus fuit à literis, usus plurimum MEGASTHENE historico et ERASISTRATO Medico. A quo ERASISTRATO de Antiochi F. amore edoctus magis indulgenti q̄ pio animo, huic coniugem permittit. Cumq; Atheniensium Bibliothecam, quam aueraxerat XERXES, in Perside reperisset, hanc eis gratis restituit, teste Gellio. Laboribus per omnem uitam perfunctus est maximis: cum quidem et oraculum regnum ei ampliss: promittens, perpetua de hoc certamina habiturum præmonuisset. Vnde cum Diadema aliquando sibi traditum priusquam capiti imponeret, manibus diu uersasset.

O nobilem magis, inquit, quàm felicem pannum: quem si quis penitus cognoscat, quam multis solitudinibus & periculis & miserijs sit refertus, ne humi quidem iacentem tollere uellet. Etsi sunt, inter quos Stobæus,

B S

qui

qui Antigono hoc tribuunt. Annotauit Appianus, prouincias Seleuco paruiffe numero 72. quas quidem omnes uehementer excoluit & exornauit conditis præter alias Vrbes in Syria Antiochia & Apamia, è quibus illa successoribus & posteris regia mansit. Vitæ exitum hoc ambiguo oraculo ei prædictum accepimus.

Si fugias Argos, fatum superabis iniquum,
Sin minus, ante diem tartara nigra petes.

Nam ad huius nominis aram, ut diximus, interijt, cum idem urbium aliquot proprium sit. Refere Plinius ex commentarijs Claudij Cesaris, cogitasse Seleucum, cum mari Caspio coniungere Bosporum Cimmerium. Quæ deriuationes semper Regibus & Principibus fatales fuere, id quod docet tentata Isthmi Corinthiaci fossio à DEMETRIO, CÆSARE Dictatore, CALIGVLA, NERONE: & aiunt operas CAROLI Magni deriuaturi Alemanum fl. in Regnessum, qui in Mennum influit, ut ita è Danubio Rhenus nauigaretur, spectris territas ab incepto destitisse. Nostro tempore Turcæ cum Moschis commissi scilicet, quod Tanaim fl. cum Volga, qui ueteribus Rha est, coniungere uellent. Et memorabile est oraculum, quod Cnidijs datum fuit, qui & ipsi Isthmum quem inhabitabant angustissimum, perfodere conati ob istos scopulos in fodientium oculos resilientes desistere coacti sunt:

Ἰδύμεθα

SELEVCIDARVM.

17

ἰαθμὸν ἢ μὴ ποργῶτε, μὴ δ' ὀρύσσετε
 Ζεὺς ὦ κ' ἔθηκε νήσορ, εἰ κ' ἐβόλετο.

Coniuges SELEVCO duæ fuere:
 APAME, Artabazi F. è qua natus ANTIO-
 CHVS .I. & STRATONICE, Demetriij
 Poliorcete F. quæ filium ἀνώνυμορ enixa est. Me-
 minit Stephanus & filia, à qua tempore belli con-
 tra LYSIMACHVM nata Seleucus Thyatia-
 ram Urbem nominarit: Hæc quo nomine fuerit aut
 quam matrem habuerit, ignoratur. Nam dimissan-
 tum ab Seleuco Stratonicen cum Antiocho fuisse
 constat.

II. ANTIOCHVS .I. cognomento σωτήρ,
 interfuit prælio ad ipsum: & cum cornu suo fusus
 à DEMETRIO Poliorcete, casu eo hosti ni-
 mis auidè fugientes insequenti uictoriam eripit.
 Hinc à patre in regni consortionem assumtus &
 nouercam STRATONICEN, cuius turpissi-
 mo amore exarserat, habere coniugem permissus, re-
 gnat annos 19. Fecit bellum PTOLEMÆO
 κερραιῶ, qui post Seleuci cædem Lysimachi in
 Europa prouincias inuaserat: & placari se passus,
 conuertit id in ANTIGONVM Gonatam.
 Quo tempore oppugnatur à GALATIS, quos
 cum LVTARIO duce euocatos & coniunctos
 cum LEONORIO in ANTIOCHI ditio-
 nem immiserat NICOMEDES Bithynus, The-
 odote Rhodij hortatu prælium cum Barbaris init,

⊕

Et per elephantos equitatu eorum disiecto atq; or-
 dinibus turbatis magna hostem clade afficit: Victo-
 ria tanta moderatione usus, ut profusis lacrymis in
 beluis exercitus salutem stetisse affirmarit, et in
 trophæum elephantum sculpi iusserit. Cepit etia-
 am arma contra EVMENEM. I. successorem
 PHILETÆRI, cuius in uicinia crescentem
 potentiam habere suspectam ceperat: et congres-
 sus cum eo ad Sardes in Lydia uictus profligatur.
 Nec meliorem deinde expeditionis successum ex-
 peritur, quam hortatu MAGÆ, regis Cyrenarum
 in Ægyptum moliebatur: depulsus mox de eo co-
 natu PTOLEMÆI Philadelphi prædatoris
 copijs. Strabo, Plutarchus, Pausanias, Appianus,
 Lucianus, Cedrenus, Iustinus, Solinus, Hieronymus.
 Meminit Stephanus σωτῆρα. Quo stratagemate
 receperit Damascum narrat Bolyænus lib. 4. Pug-
 nam ipsius cum Galatis et ceteras res gestas cara-
 mine descriptas à Simonide Magnete, tradit Sui-
 das, etsi perperam Magnum cognominat.

Fuit cum ANTIOCHO connupta, uti dis-
 ximus, STRATONICE nouerca: è qua libe-
 ros suscepit ANTIOCHVM II. et APA-
 MEN.

III. ANTIOCHVS II. Cognomento
 Θεός, regnavit annos 15. Expulit Timarchum, Ty-
 rannum Milesiorum, indeq; primum hoc ab eis cog-
 nomen appellatur. Profectus in Thraces occupa-
 pat

SELEUCIDARVM. 19

pat deditioe Cypsela Urbem. Cum PTOLE-
MÆO Philadelpho longo & difficili bello con-
tendit: cui BERENICÆ connubio conciliatus,
nouum & domesticum LAODICES, coniugis
primæ, in se odium concitat: quam cum neglectam
aliquandiu & concubinae loco habitam tandem in
regiam recepisset, ueneno ab eadem necatur. Po-
lyenus, Appianus, Eusebius, Iustinus, Hieronymus.
Meminere Iosephus lib. 12. Ant. cap. 3. Philo de
temporibus, qui ELEAZARVM Pontificem
habuisse inimicum, ait. Scripsit Stephanus condi-
tam ab Antiocho Antiochiam Lydia, de qua re eius
modi addit oraculum:

Ἀνλόχῳ βασιλῆϊ τάδε ἔα φοῖβος
Ἀπόλλων.
κίχέμεθα πολίεθρον ἀγαλλεές, ὡς ἐκέ-
λευσε
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, πέμψας ἐρίδνιον ἔργον.

APAME collocatur à patre MAGÆ regi
Cyrenarum. Quo mortuo cum Demetrium, Demet-
trij Poliorcetae F. euocatum ad filia BERENI-
CES nuptias, deperire ipsa cepisset, illi & inuidia
am grauem populi constat, & per immissos à filia
percussores necem accersit. Pausanias. Iustinus
Arsinoen uocat.

Habuit ANTIOCHVS ex Seleucidis
pris

primus & solus duas simul coniuges: è quibus
LAODICE peperit **SELEVCVM II.**
Antiochum & **STRATONICEN**: altera
BERENICE, filium procreauit $\alpha\upsilon\omega\nu\upsilon\mu\omicron\upsilon\pi$,
 quem cum matre per Iradionem & Genneum, An-
 tiochiæ principes, sustulit Laodice. De eiusdem
 Laodice astu & crudelitate plura Valerius lib. 9.
 cap: 15 Athenæus lib. 13. cap. 23. Polyænus lib. 8.
 Solinus cap. 5. D. Hieronymus in Daniele cap. 11.

IIII. SELEVCVS II. Cognomento
 $\kappa\alpha\lambda\lambda\iota\upsilon\kappa\omicron\varsigma$ $\nu\omicron\upsilon\chi$ $\pi\epsilon\gamma\omega\pi$, matris astu regnum ade-
 ptus, ad eadem **BERENICEN** nouercam ne-
 cari cum filio permittit. Ideo bello petitus à
PTOLEMÆO Evergete, & suorum ad hunc
 inclinantium auxilijs destitutus, classem contra de-
 fectores armat: qua naufragio amissa, cum populi
 ex tanta clade commiserantis studium recupe-
 rasset, proficiscitur in Ptolemæum: prælioq; ui-
 ctus, fratris implorare opem cogitur. Quem mox
 pro auxiliatore hostem expertus, & post felicitis
 prælij congressionem certamen repetere ausum
 temerè, uictum finibus expellit. Cumq; factis cum
 Ptolemæo inducijs, regnum perturbatis: compone-
 re & defectores in prouincijs ad munus reuo-
 catos in fide confirmare aggressus, bellum in
ARSACEM Parthum suscepisset, infelici cum
 hoc prælio inuito in hostis potestatem peruenit:
 tractas

tractatusq; βασιλικῶς atq; dimissus tandem liberaliter, equi lapsu perit, anno regni 20. Polybius, Athenæus, Iustinus, Hieronymus.

De casu BERENICÆ à Seleuco interfecte uaticinatur Daniel cap. 11. Ac luit ille huius sceleris cum posteritate omni pœnas grauissimas. Nam præterquam quod inter pericula assidua belligeravit, defecere tum primum PARTHI, & mox sub ANTIOCHO F. BACTRIANI & ARMENII, conditis regnis liberis: ac PHILETÆRI familia, repressa antea, regni Syriaci fines paulatim carpendo sic creuit, ut per Romanos anteriore Asia Seleucidis eiectis eam occupatam sibi uendicârit. Nec minus Seleucidis incommodarunt GALATÆ, qui post multas excursiones tandem etiam ab Attalicis & Bythinicis regibus sedes nouas ad Hælym fl. obtinuerunt.

Antiochus cognominatus ἰεργᾶς, quod non hominis, sed accipitris ritu in alienis eripiendis uitam sectaretur, aduocatur à fratre in auxilium contra PTOLEMÆVM Euergetem. Qua occasione ad regnum inuadendum adhuc ætate puerili impiè usus (tantum enim annos 14. natum tum accepimus) adiungit sibi GALATAS, & pro fratre hostis Seleuco factus, prælio uictum fugat. Inde eadem auxiliarium fraude circumuentus & nouo Seleuci bello petitus, iterum cum eo prælio dimicatur.

micat: cuius successu frustratus, fugit in Mesopotamiam. Vbi cum hostibus persequentibus deceptis, et uitatis in Cappadocia ARIARATHIS insidijs, ad Ptolemæum Euergetem in Ægyptum profugisset, appositamq; isthic sibi custodiam amicæ opera effugisset, interficitur à latronibus. Polyænus, Ælianus, Iustinus. Meminit Plutarchus in Apophtheg.

STRATONICE, nupsit ARIARATHI, III. regi Cappadociae. Diodorus.

Coniugem SELEVCO Callinico è Polybio attribuimus LAODICE N, amitam ACHÆI: Vnde plures eum suscepisse liberos idem auctor est: in quibus nominantur SELEVCVS III. ANTIOCHVS III. & Filiae due Ἄντων μολ. Addit concubinas Athenæus MVS TAM & NYSAM, quarum illam Polyænus Pysam & Seleuci coniugem nuncupat: nec traditur, quam ex his Rex ille sobolem procreauit.

Cæterum quia occasione affinitatis cum Seleuco regnum inuasit postea ACHÆVS, familiam hic eius breuiter subiicio.

Andromachus militauit SELEVCO Callinico, Sororio, contra Antiochum Hieracem, quem uictum acie frustra in Mesopotamiam persecutus, capitur deinde à PTOLEMÆO, & detentus aliquandiu in uinculis, Rhodiorum interuenientium rogatu dimittitur, Polybius Polienus.

Achæus

ACHÆVS, profectus _____ LAODICE, Mis
 cum SELEVCO *κεγαυω* in ATTAL-
γαυω LVMI. regem Perga-
 mensem, cædem eius acer-
 bè ulciscitur: ac inflatus
 felici uictoriarum succes-
 su contra eundem Attalū,
 REGEM se Asiae cis
 Taurum montem nuncu-
 pat. Ideo bello impetitus
 ab ANTIOCHO
 Magno, & captus Cam-
 byli & Bolis, Cretensium
 proditione, morte crudeli
 afficitur. Polybius, Poly-
 enus. Meminit Ouid: in
 Ibin.

ANTIOCHIS, *conuulsa*
pta fuit cum ATTALO
 I. rege Pergamensi. Strabo.

V. SELEVCVS III. cognomēto *κεγαυω*,
 regnauit annos. 2. Bellauit cum ATTALO I.
 rege Pergamensi: cumq; & ualetudine & opi-
 bus infirmior exercitum in officio continere non
 C posset.

posset, interficitur ab Apaturio Gallo & Nicano-
re. Olymp: 139. Polybius, Appianus, Eusebius, He-
ronymus tribuit ei annos 3.

Antipater praesuit equitatui ANTIOS-
CHI patrum in bello contra PTOLEMÆ-
VM, Philopator, ad quem deinde de pace legatus
missus, conficit hanc feliciter. Mox eundem Anti-
ochum ad bellum Romanum consecutus, post infe-
licem pugnam ad Magnesium iterum ei à Scipione
pacem impetrat: eaq; Romæ à Senatu confirmata
opponit se Rhodijs, auara ingluvie Ciliciae inhian-
tibus. Polybius, Liuius.

VI. ANTIOCHVS III. à rerum ge-
starum magnitudine cognominatus MAGNVS,
adit regnum post fratrem, natus ad annos 15. Ob
quam aetatem se rebus gerendis immaturum cer-
nens, prouincias committit MOLONI, Alexan-
dro & ACHÆO, ducibus: è quibus illos aper-
tè deficere ausos & frustra per legatos tentatos,
bello adoritur, uictosq; ad mortem uoluntariam
compellit, subiugato eadem expeditione ARTA-
BAZANE, qui tractui ad Mediam imperabat.
Mox in ACHÆVM conuersus, qui & ipse des-
sciuerat, atq; à Theodotio Ætolo retractus in Cæ-
lesyriam, quæ cum Phœnice parebat PTOLE-
MÆO Philopatore (Nam PTOLEMÆVS
Lagi ab ANTIGONO recuperatam atq; in
potesta-

potestate detentam deinde & posteris reliquerat) huius quidem conatus successu frustratur, uictusq; ingenti praelio ad Rhapsiam, pacem à Ptolemæo petere cogitur: ACHÆVM uerò Sardibus per obsidionem inclusum & captum Cambyli & Bolis proditione, de purpuratorum sententia ad supplicium crudele damnat, ac manibus primum pedibusq; dein capite truncatum in crucem agit. Cumq; iam cæteras prouincias pacaturus profectus esset in ARSACEN II. & EVTHYDEMVM quorum ille propter patrem Parthiam sibi uendicabat, hic potentia sublatus fiducia pro Satrapæ Regem se gerebat, datis & acceptis cladibus non leuibus, tandem regnare utrunq; permittit, & tentatum in India SOPHASENVN in amiciciana recipit: concessa etiam pace ARTAXIÆ & ZADRIADÆ, qui in Armenia ad regnum aspirabant, idq; conseruatum tum tandem & ad posteros, è quibus genitus TIGRANES fuit, transmisere. Post mortem PTOLEMÆI iterum Cælesyriam adortus, uicto SCOPAÆto lo, hanc unà cum Iudæa occupat, nec multò post sponte dimittit, collocata PTOLEMÆO Epiphani CLEOPATRA filia. Hinc recipit Ciliciam & Cariam: moxq; Æolidis & Hellesponti Vrbes in formulam ueterem redigere, & repetitis, quæ Philippus Macedo tenuerat, etiam Lysimachiam instaurare conatus, tum incepto hoc desistere, tum

Europa tota abstinere iubetur à Romanis. Qua re grauitè irritatus & instigatus ab ANNIBALE & ÆTOLIS bellum contra Romanos suscipit: profectusq; in Græciam, prætextu eius in libertatem asserendæ, in cæteris ciuitatibus capit Chalcidem ad Euripum. Vbi cum intempestiuis et stultis amoribus, homo iam quinquagenarius operam daret, nihil exinde bene gerit: Victusq; ad Thermopylas à M. ACILIO Glabrione & tandem à SCIPIONIBVS fratribus ad Magnesiani, neq; meliorem in mari fortunam expertus, pacis, quas antea spreuerat, accipere conditiones cogitur: mulctatus Asia cis Taurum, et præter obsides talentorum 12000. dare in annos totidem iussus. Vnde cum sumtibus exhaustus templum BELI, donis opulentiss. exercitu admoto spoliare conaretur, concursu multitudinis interficitur anno regni 37. ætatis 52. Polybius, Strabo, Iosephus, Plutarchus, Pausanias, Appianus, Athenæus, Eusebius, Zonaras, Liuius, Florus, Iustinus, Probus, Eutropius, Orosius, Hieronymus. Memoratur I. Maccab: s. & annotauit Philo, honoratum ab eo SIMONE MISTUM, Iudæorum Pontificem. Fuit enim ab humanitatis, clementiæ, & beneficentiæ studio minimè alienus: nec caruit in rebus gerendis industria, sed qui nimium obsequeretur adulatoribus aulicis, ideoq; ad uoluptates facile relaberetur. Vnde postea per iocum dixisse fertur, gratiam se

am se Romanis habere, quod nimis magna procurac-
 tione liberatus, modicis regni terminis uteretur. P.
 SCIPIONI S filium interceptum absq; λύτρωσ,
 ad patrem remisit. Triumphatum de Antiocho bis
 fuit, & L. SCIPIO, alter ex Romanis ab ipso &
 prouincia deuictis cognomentum Asiatici assumsit.
 Quomodo Q. FABIVS legatus ei de nauibus
 illuserit, & has per medium sectas ita tandem ex
 parte dimidia tradiderit, docet Liuius. Ex prouin-
 ciarum Antiocho ademptarum spolio maximè cre-
 uere reges Pergameni & Rhodij: cum quidem &
 EVMENES II. ad hoc bellum Romanis quasi
 flabellum extitisset.

Ac annotauit Sex. Rufus, posteros ipsius
 regnum deinde sub clientela. P. R. retinuisse.

Filie SELEVCII Callinici ἀνώγουμοι nu-
 psere MITHRADATI V. regi Ponti, &
 DEMETRIO II. regi Macedoniae. Iustinus
 lib: 28. & 38.

ANTIOCHVS Magnus in matrimo-
 nio habuit LAODICEN, Mithradatis V. regis
 Pontici F. & EVBIAM, filiam Cleoptolemi
 Chalcidensis. Ex his quos procrearit liberos, scri-
 ptores non tradidère: etsi Polybius annotauit, na-
 tum ei ex Laodice filium, quo tempore oppugnauit
 Molonem. Nominantur autem in liberis Antiochi:
 SELEVCVS III. Antiochus. ANTIO-
 CHVS III. Mithradates, Ardys, CLEOPA-

TRA, ANTI OCHIS & Laodice.

VII. SELEVCVS IIII. cognomento Φιλοπάτωρ καὶ σωτήρ, præficitur à patre Lysimachiaë instaurandæ, ut nempe eam regni sedem haberet. Hinc Æolidem contra Romanos defendendam accipit, ac Pergamensem agrum relinquere coactus, patri se periculorum socium adiungit in pugna ad Magnesium. Cui eidem post in regno surrogatus in potentia infirma regnat. Idcirco cum de opibus templi Hierosolymitani per Apollonium, cui Simon quidam enunciarat, edoctus, HELIODORVM Purpuratum isthuc ad Prædam faciendam ablegasset, isq; repressus diuinitus cum periclitaretur de uita, solis ONIÆ Pontificis precibus conseruatus esset, post ab eodem hoc sacrilegij administro de uita tollitur. 2. Maccab. 3. Iosephus, Appianus, Zonaras, Liuius, Hieronymus, Eusebius tribuit ei annos 12.

Antiochus, duxit patris iussu Laodicen sororem: eundemq; consecutus in Lydiam ad bellum Romanum, mox domum remittitur, Vt prouincias superiores in fide contineret, nec multò post cedit e uita. Liuius, Appianus: quorum ille necis ipsius patrem Antiochum insimulat, ueluti qui ob indolem iusti magniq; regis Senectæ suæ grauem eum fore suspicaretur.

VII. AN

VII. ANTIOCHVS III. cognomento
 Ἐπιφανῆς, datus à Patre Romanis obses dimittitur
 ab Vrbe rogatu SELEVC I fratris: quo eodem
 interea dum est in itinere è uita sublato, ope
 EVMENIS & ATTALI regnum occupa-
 tum tenet annos 12. Inuasit Cœlesyriam & Ægyptum,
 discordantibus tum PTOLEMÆIS
 fratribus, è quibus Philometoris, paulò ante à se
 deuicti & Cœlesyria spoliati professus defensionē,
 Phisconem cum Cleopatra Alexandria obsidet, &
 Memphi Philometori reddita Pelusio presidium
 imponit. Ideo per legatos Phisconis de ui apud
 Romanos accusatus, post alteram in Ægyptum ex-
 peditionem per legatum M. POPILIVM
 Lenatem bellum deserere, & redire ad sua iubetur.
 Quo in itinere cognitis Iudeorum tumultibus,
 quos dederat interea IASON exul, quem ONIA
 pulso, Pontificem designatum, post hac dignitate
 exuerat, eamq; MENELAO fratri tribuerat,
 HIEROSOLYMA M deflectit, & Menclai
 ope expugnatam, crudeli cæde uastat interfectis ad
 50000 ciuium: ac templum ingressus, spoliatum
 ornamentis & thesauris prophanat, & IOVI
 OLYMPIO consecrat: conatusq; totam Iudeo-
 rum religionem abolere, circumcisionem prohi-
 bet, carnis suillæ usum mandat, eaq; iussa detrectan-
 tes immanibus supplicijs excarnificat. Vnde cum
 terrore percussis omnibus patria instituta passim à

multis desererentur, **MATTATHIAS** Asmonæus ut religionis, ita & libertatis ab **ANTIOCHO** defendendæ initium facit. Qui Antiochus cum Apollonio & Serone, ducibus, uictis à **IVDA MACCABÆO** Mattathie F. nouas copias in Iudæam duce **LYSIA** misisset, indeq; sumtibus ærario exhausto ad tributa colligenda ipse in Persidem profectus esset, utrobique successu frustratus, & à Persepoli urbe, quam ob conditos ibi in Dianæ templo thesauros **ALEXANDRI** Magni oppugnare instituerat, reiectus turpiter, ex animi dolore morbo graui afficitur. Quem mox tristi nuncio de cladibus in Iudæa acceptis & lapsu ex curru auctum coelestis numinis uiolati poenam agnoscens, inter seuos animi & corporis cruciatus extinguitur. 1. Maccab: 1. 3. 6. 11. Maccab: 4. 5. 9. Iosephus, Appianus, Eusebius, Suidas, Zonaras, Cedrenus, Liuius, Velleius, Valerius, Tacitus, Iustinus, Hieronymus. Quam insanis fuerit moribus, luxu, petulantia, refert ex Polybio Atheaneus, lib. 5. cap. 4. & lib. 10. cap. 12. Vbi ἐπιμαυῆ pro ἐπιφανεῖ uocatum propterea ab eodem, ait, nec dissimulat ibidem eius rapinas & sacrilegia. Ammianus quidem seuitiæ eum arguit & iracundiæ: de qua seuitia præcipuè in Iudæorum Ecclesiam usurpata uaticinatur Daniel cap. 11. In rebus gestis Antiochi commemoratur ab Appiano bellum contra **ARTAXIAM** Armenium, quem

quem ante Ægyptiam expeditionem captum ab illo scribit. Etsi in annis errat, quos tantum duos imperio eius attribuit. Nec conuenit omnino cum Eusebio Hieronymus, qui annis 11. regnasse Antiochum ait.

Mithradates & Ardys præmittuntur Sardes cum exercitu, quem inde pater ad bellum educaturus esset. Liuius Deca. 4. lib. 3.

CLEOPATRA cognomento Syra, colocalatur à patre PTOLEMÆO Epiphani & præter Cælesyriam & Phænicen & Samaritam & Iudeam ad eum rursus dotis loco affert. Iosephus, Appianus, Eusebius, Zonaras, Liuius, Hieronymus.

ANTIOCHIS, fuit cum ARIARATHE V. rege Cappadociæ. Diodorus, Appianus.

Laodice nupsit Ægyptijs institutis fratri Antiocho. Appianus.

Explicabimus aut iam primum de posteritate ANTIOCHI Epiphani, quod diuturna non fuerit sed mox in nepote defecerit: Inde ad SELEVCIPhilopatoris familiam expositionis seriem reducturi.

Quod ANTIOCHI coniugium fuerit, non est proditum literis: cum filios reliquerit ANTIOCHVM V. & ALEXANDRVM. E concubinis nominatur 2. Maccab. 4.

ANTIOCHIS.

C 5

IX.

IX. ANTIOCHVS. V. cognomento
 εὐπάτωρ, adolescentulus annorum nouem à patre
 in Persidem ituro LVSIÆ propinqui tutela re-
 lictus, & post obitum illius rex ab eodem appella-
 tus, regnat annos 2. Renouauit patris bellum con-
 tra IVDAM MACCABÆVM, et praelio
 uictum atq; Hierosolymæ obsessum ob nouas interea
 à Philippo datas in Syria turbas in gratiam reci-
 pit, demolito tamen muro, qui templum ambiebat.
 Atq; iratus MENELAO Pontifici, tanquam
 bellorum Iudaicorum concitatori, missum in Bera-
 rhoeam Syriæ necat, Pontificatu in ALCI-
 MVVM translato. Hinc à DEMETRIO I. opa-
 pugnatu & comprehensus cum LVSIA, Deme-
 trioq; traditus, iugulatur. 1. Maccab: 3. 6. 7. 2. Mac-
 cab: 10. 11. 13. Iosephus, Appianus, Eusebius, Zonar-
 as, Cedrenus.

XI. ALEXANDER, cognomento
 ἐπιφανὴς ἡγὼ βασιλεὺς instigatus & adiutus à
 PTOLEMÆO Philometore, ATTA LO
 & ARIARATHE, regibus, inuadit regnum
 contra DEMETRIVM, idq; uicto illo & cæ-
 so tenet annos 5. Tradidit Iudæorum Pontifica-
 tum, qui post ALCIMVM uacarat annos se-
 ptem, IONATHÆ Asmonæo, cumq; inter ami-
 cos receptum stola purpurea & corona aurea ho-
 norat, ac Ptolemaidem ad se profectum suscipit re-
 gificè, & ab aduersarijs accusari uetat. Hinc cum
 ATTA

ATTALO commissus, & DEMETRII. II. armis oppugnatus, deseritur à socio PTOLEMAEO, cumq; praelio uictus profugisset in Arabiam, interficitur à ZABELO dynasta, & caput amputatum ad Ptolemæum mittitur. 1. Maccab. 10. Strabo, Iosephus, Appianus, Zonaras, Florus, Iustinus. Fuit amantissimus eruditæ doctrinæ, delectatus imprimis Stoicis disputationibus, tum in congressibus facilis atq; iucundus, ut est autor Athenæus. Eusebius ei tribuit annos 10.

Connupta cum ALEXANDRO fuit CLEOPATRA, Ptolemæi Philometoris F. è qua nascitur ANTIOCHVS VII.

XIIII. ANTIOCHVS VII. cognomento Θεός, teste Iosepho, educatus apud MALCHVM Arabem, hostis à TRYPHONE opponitur DEMETRIO II. eoq; fugato tenet regium nomen annos 4. Nam potestatem usurpauit TRYPHON: à quo, tanquam qui calculo laboraret, secari iussus, fraude medicorum, qui precio ad id facinus subornati essent, perimitur anno ætatis decimo. 1. Maccab. 11. 13. Iosephus, Zonaras, Florus, Iustinus, Appianus Alexandrum uocat. Ab Eusebio nominantur tres regni ipsius anni.

Visum fuit hîc nonnulla de TRYPHONE adijcere, qui ex humili fortuna ad regie dignitatis fastigium ascendit.

DIODOTVS cognomento TRYPHON,

PHON, natus Casianis, quod castellum fuit in agro Apamiensi, & Apamiæ educatus, insinuat se in ALEXANDRI regis amiciciam: à quo inter duces ascitus, post filium eius in tutelam susceptum, uictorq; DEMETRIO regem salutatum, regnare per annos aliquot permittit: necato interea IONATHA Asmonæo, & insidijs fratris eius SIMONE appetito, cum sceleri, quod suscipere cogitabat, obsistere eos posse censeret. Mox enim & Antiocho fidem fregit, & regnum cædæ eius occupatum tenet annos tres. Quo tempore cum quod cognomine sponte assumpto profitebatur, etiam factis exprimeret, atq; in omni genere scelerum uolutaretur, bello petitus ab ANTIOCHO Sedete, & post prælij fortunam infeliciter tentatam, primum Doræ deinde Apamiæ obsessus, hac ui capta, occiditur I. Maccab. II. 12. 13. 14. 15. Iosephus, Appianus, Zonaras. Quomodo de historia ipsius uariet Iustinus, supra exposuimus. Et Strabo sua manu eum interiisse, ait: additq; prædones Cilices temporibus eius cepisse: qui aucti postea in immensum debellantur tandem à POMPEIO.

POSTERITAS SELEVC

CI φιλοπάτωρ.

Geniti sunt SELEVCO Philopatore DEMETRIUS I. & Filia ἀνώνυμ.

X. DE

X. DEMETRIVS. I. Cognomento
 σωτήρ, mittitur à patre obses Romanis pro AN-
 TIOCHO Epiphane: post cuius obitum spe re-
 ditus à Senatu frustratus, specie uenationis fugam
 capeßit, delatusq; in Syriam, & secundo omnium
 fauore exceptus, Eupatora & Lysiam in potesta-
 tem redactos per milites proditores interficit, ac
 regnum occupatum tenet annos 10. Oppugnauit
 IVDAM Maccabæum per Nicanorem & Bac-
 chidem duces: è quibus illo peremto, hunc post Iu-
 dae interitum opponit IONATHÆ, & omnia
 frustra molitum, pacem cum eodem facere permit-
 tit. Reducturus in Cappadociam H O L O-
 PHERNEM, ARIARATHIS. V. F.
 scelerata eius fraude suum penè regnū amittit. Et
 infestior Romanis, ANDRISCVM quendam
 Adramyttenum pro PERSEI filio subornat,
 magnisq; spebus completum Romanam mittit. Hinc
 otium secutus castello cuidam ad Antiochiam se ues-
 lut includit, reipub: cura neglecta. Vnde cum &
 ciues & milites dissidere ab eo odio graui cepis-
 sent, bello ab ALEXANDRO impugnatur
 & prælio cum eo congressus occumbit in acie. 1.
 Maccab. 7. 9. 10. 11. Maccab. 14. Polybius, Iose-
 phus, Appianus, Eusebius, Zonaras, Florus, Iustia-
 nus. Scribit Seneca post obitum eius cometam ap-
 paruisse. Bibacitatem eius notat Athenæus lib. 10.
 cap. 12.

Filiæ

Filia Seleuci $\alpha\upsilon\acute{\omega}\nu\upsilon\mu$ Θ , nupsit PERSEO,
regi Macedoniae. Liuius.

Coniugem DEMETRIO attribui-
mus è Floro LAODICEN, unde nati sunt
DEMETRIVS II. & ANTIOCHVS
VI.

XII. DEMETRIVS II. ob incerta
tos bellorum casus Cnidum à patre ablegatus,
per Lathenis Cretensis mercenarias copias in Sya-
riam reducitur, ac gener mox ascitus à P T O-
L E M Æ O Philometore, suafuq; eiusdem re-
ceptus ab Antiochenis, bellum cum socero A L E-
XANDRO infert & praelio contendere au-
sum fundit, regnumq; in se transfert. Confirma-
uit Pontificatum IONATHÆ Asmonæo, &
acceptis talentis 300. Iudeam cum attributis to-
parchijs, Samaria, Ioppe & Galilæa ei permittit.
Cumq; iam ditione omni pacata milites partim
dimisisset, partim ita retinuisset, ut stipendia eis
minueret, graue eorum in se odium concitat, ac
confluentibus ijsdem ad TRYPHONEM &
ANTIOCHVM $\Delta\epsilon\omicron\upsilon$, bello à seditiosis impe-
titur, praelioq; uictus, abit in Mesopotamiam, ac
cersitus ab eorum locorum Græcis & Macedo-
nib. contra MITHRADATEM, regem Para-
thorum. A quo per pacis simulationem captus, cle-
mentis hostis benignitate & iuxta cultum fortu-
nae pristinae habetur, & RHODOGVNESF.
nuptijs

nuptijs honoratus, uiuere in Hyrcania permittitur. Vnde cum sub PHRAATE opera Calimandri amici bis fuga frustra tentata uxori & susceptis ex ea liberis donatus esset, tandem post ANTIOCHI fratris in Parthos expeditionem in Syriam remittitur: consilio quidem ut hosti pœnitendo, ita sibi infelici. Nam cum clade Parthica animos suorum uehementer exulceratos, & coniugem CLEOPATRAM ob nuptias Rhodogunes abalienatam insuper superbia & crudelitate, quam per tormenta exercebat, irritaret, & bellum moliretur contra PTOLEMÆVM Physconem, artibus huius excitatur ipsi hostis ALEXANDER Zebina: à quo fusus fugatusq; & exclusus perfidia diosè à coniuge et filijs in fuga ad Tyrum ab inimicis occiditur. 1. Maccab. 10. 11. 13. 14. Iosephus, Appianus, Zonaras, Iustinus. Eusebius ante Parthicam captiuitatem annos decem, post reditum tres regnasse, ait.

XIII. ANTIOCHVS VI. cognomento Sedetes ἡ σωτὴρ καὶ εὐσεβὴς à CLEOPATRA, uxore fratris, quæ Seleucia conseruata tandem & milites ad se traduxerat, ad coniugium & regnum è Rhodo Insula accitus, facit bellum contra TRYPHONEM, eoque pulso & Cæso, regnat annos 9. Coniunxit amiciciam cum SIMONE Asmonæo, qua non multò post deserta, eundem per Cendebæum oppugnat, &

IOAN

IOANNEM Hyrcanum F. Hierosolymæ inclusum pecunia redimere pacem cogit. Dehinc profectus in Parthos, gerit omnia feliciter. Vnde factus negligentior, & ciuitatum defectione copiarum magna parte amissa, à PHRÁATE subdito oppressus, fortiter dimicans perimitur. 1. Maccab: 15. Strabo, Philo, Iosephus, Appianus, Eusebius, Zonaras, Florus, Iustinus, Orosius. Excelluit clementia & religiose pietatis studio. Nam Iudæis Hierosolymæ obsessis uictimas liberaliter concessit. Conuiuiorum apparatus, temulentie & luxui adeò studuit, ut ad Parthicam expeditionem secum duxerit lixarum 30000. è quibus coquorum, pistorum & Srenicorum maior numerus esset: cum copie tantum 5000. constarent, ut est apud Iustinum. Vnde Parthus casum eum & sepeliri iussum irridens: Fefellit te, inquit, Antioche, vinum & audacia: Speraueras enim, te Arfacis imperium in magnis poculis esse bibiturum. Memorabile est, quod de ipsius moderatione refert Plutarchus. Nam cum in uenatione quadam studio persequendi feram ab amicis & seruis aberrasset, & diuertere apud hominem tenuem coactus, inter cænandum sermonem de Rege, quem esse se dissimulabat, iniecisset, illumq; bonum quidem haberi didicisset, sed qui amicis flagitiosis obsequendo plurima in repub: negligeret, etsi tunc tacuit, tamen postea aduentu satellitum
cognis

cognitus: Nimirum, inquit, ex quo die uos sumsi,
heri primum uera de meipso audiui: cepitq; exin-
de in regno administrando esse diligentior. Simile
quiddam Chronica Thuringiæ tradunt de Ludoui-
co Ferreo Landgrauio, cuius ab eo tempore seueri-
tas celebris extitit. De morte Antiochi uariant
Strabo & Ælianus, quorum ille sua manu eum inte-
rijsse, hic ex rupe se præcipitem dedisse, ut ne scili-
cet in hostis perueniret potestatem, scribunt.

Procreata autem sunt fratribus hisce stir-
pes duæ distinctæ, et quidem ex coniuge una CLE-
OPATRA, Ptolemæi Physconis F. quæ incestis
& Ægyptijs nuptijs cum utroq; connupta fuit.
Primum autem agemus de Demetrii posterita-
te.

Reliquit DEMETRIVS ex Cleopatra
liberos Seleucum, ANTIOCHVM VIII. &
Filiam $\alpha\nu\acute{\omega}\nu\upsilon\mu\omicron\mu$. Nam ex RHODOGVNE,
quam in Parthis duxerat, suscepta soboles ignora-
tur.

Seleucus, occiditur à CLEOPATRA ma-
tre, quod post patris interitum iniussu ipsius dia-
dema sumsisset. Appianus, Florus, Iustinus.

XV. ANTIOCHVS VIII. cognomen-
to $\gamma\epsilon\upsilon\pi\theta\eta\iota\alpha\ \alpha\iota\lambda\omicron\mu\acute{\eta}\tau\omega\varsigma$, reuocatur Athenis,
ubi bonis literis operam daret, à PTOLE-
MÆO Physcone: & GRYPHINÆ nuptijs
honoratus, ALEXANDRO Zebennæ ho-
D stis

stis opponitur: quo cum praelio uicto et caeso regnum
in se transtulisset, tenet id annos 29. De matris insi-
dijs per indicium edoctus, Venenum sibi prepara-
tum bibere eam cogit. Atq; eodem mox scelere
ipse usurus in Cyzicenum fratrem, bellum eius at-
trahit: in quo cum prima congressione superior
coniugem ipsius CLEOPATRAM interfici
passus esset, uictus rursus, suam amittit. Nec redu-
ci deinde cum fratre in gratiam potuit: cumq; SE-
LEUCE ducta nouas à CLEOPATRA so-
cru copias accepisset, bellum renouatum per omne
uite tempus gessit cum eo ἄωνδ'ορ. Interfici-
tur fraude Heraclionis, anno etatis 45. Iosephus,
Appianus, Eusebius, Zonaras, Iustinus. Meminit
Athenæus lib. 12. cap. 19.

Filia ἀνώουμ, capta à PHRAATE
post cladem ANTIOCHI, matrimonio eius de-
inde iungitur. Iustinus.

Coniuges ANTIOCHO Grypho fuisse re-
perimus: GRYPHINAM & SELEU-
CEN, Ptolemæi Physconis filias: dehinc CLE-
OPATRAM, cognomento σελήνω: è quibus
quos susceperit liberos, incertum est, Nam à Iose-
pho hi ei tribuuntur. SELEVCVS V. Antio-
chus, DEMETRIVS III. PHILIPPVS
& ANTIOCHVS. IX.

XVII. SELEVCVS V. oppugnat bela-
to Cyzicenum patrum: cuius cæde regno poti us,

⊕

SELEUCIDARVM. 41

Et reiectus rursus ab ANTIOCHO, Cyziceni F. in Ciliciam se profugus recipit. Vbi cum tributa à Mopseatis exigeret acerbius, seu populari tumultu seu Antiochi insidijs unà cum amicis in regia crematur. Iosephus, Appianus, Eusebius.

Antiochus, fecit bellum ANTIOCHO ευσεβεί, et praelio uictus, uitam simul amittit et exercitum. Iosephus.

XIX. DEMETRIVS III. Cognomen-
to εὐκουργός, accitus Cnido à PTOLEMÆO
Lathuro, Rex apud Damascum salutatur contra
ANTIOCHVM ευσεβεία, eoq; mox à Parthis
euerſo, iungit se Iudæis rebellibus contra ALE-
XANDRVM Asmonæum, Ioannis Hyrcani F.
quem uictum persequi non ausus et in regnum re-
uersus, PHILIPPVM fratrem temerè irritat.
Ideo tum ab eo tum ab Arabibus et Parthis socijs
obsessus et oppugnatus acerrimè, dedere se hosti
cogitur, abductusq; in Parthos ad MITHRA-
DATEM, habetur honorificè. Iosephus, Egesip-
pus. De amica eius Myrina Athenæus lib. 13. cap:
23.

XX. PHILIPPVS occupat partem
Syriæ post Antiochi fratris interitum: Ideoq; ho-
ste usus Demetrio Eucæro, Arabum et Parthorum
auxilijs obsesso illi deditioem extorquet: et rei-
gno dehinc solus potitus, inuaditur ab ANTIO-
CHO Dionysio. A quo cum Damascum recupe-

D 2 ratans

ratam mox eadem proditione amisisset, capitur tandem à GABINIO. Iosephus, Egesippus, Eusebius.

XXI. ANTIOCHVS XI. cognomento Διονύσιος, ademit Philippo fratri Damascum, & regium sibi nomen arrogat, Inde profectus in ARETAM, regem Arabiæ, captando aliena, propria ferè amittit, occupata à Philippo & amissa interea præfecti proditione Damasco: cumq; prælio cum hoste congressus, & sua parte uictor cornu alterum laborans restituere in integrum conaretur, ab hoste circumuentus trucidatur, & Cœlesyria occupatur ab Arabibus. Iosephus, Egesippus, Zonaras.

Cæterum fratribus hisce genitus fortè est SELEVCVS, cognomento Κυβιότατες, qui euocatus in Ægyptum à BERENICE, filia PTOLEMÆI Auletæ, atq; tum connubio eius tum regno potitus, non multò post ob mores sordidos & illiberalitatem rursus pellitur atq; necatur, ut sunt autores Strabo & Dion. Meminit Suetonius in Vespasiano, & idem huic ab Alexandrinis cognomentum per contumeliam datum, ait. Tametsi in uulgatis exemplaribus nomen hoc legitur Cibirates, sicuti apud Strabonem Κυβισόακτες. Vtrunq; locum restituit Egnatius in annotationibus in Suetonium. A Strabone alibi Coccus καὶ Πείσακτες & Πολεμάς dicitur: qui addit, eum aureant

ream Vrnam, qua Alexander conditus esset, per sacrilegium vitrea commutasse.

POSTERITAS ANTIOCHI SEDETIS.

Suscepit ANTIOCHVS Sedetes è CLEOPATRA filium unicum ANTIOCHVM IX.

XVI. ANTIOCHVS IX. cognominatus ἀσπίδιος, & ab urbe, in qua educatus esset, Cyzicenus, impio & nefario conatu ueneno à fratre tentatur. Quod bello uindicaturus, CLEOPATRÆ conubio Cyprias ad se copias traducit: & primâ prælij congressione infelici usus, coniugeq; spoliatus, mox certamen acrius repetit, ac uictor GRYPHINAM captam in Vxoris ultionem iugulat. A quo tempore etsi à pernicie mutua neuter cessauit, tamen fratre ad tempus omisso, Samaritis euocantibus contra ARISTOBVLVM, & ANTIGONVM, Ioannis Hyrcani filios, opitulatum proficiscitur, prælioq; uictus fugatusq;, agrè euadit. Post GRYPHI necem nouo filij ipsius SELEVCII bello oppugnatus, atq; in pugna captus, trucidatur. Iosephus, Appianus, Egesippus, Eusebius, Zonaras, Iustinus.

Addo autem hîc historiam ALEXANDRI Zebinae: qui Protarcho negociatore natus

Et tanquam ab ANTIOCHO Sedete adoptatus, Rex à Ptolemæo Physcone Syris missus contra DEMETRIUM II. hoc prælio victo Et iugulato à suis, regnum inuadit.

Cum IOANNE HYRCANO, Iudeorum Pontifice, societatem foedere confirmauit. Atq; ex tanta felicitate factus insolentior, Et Ptolemæo à se alienato bello petitus ab ANTIOCHO Grypho, occumbit in prælio. Iosephus, Zonaras, Florus, Iustinus, Orosius.

Nupsit ANTIOCHO Cyziceno CLEOPATRA, Ptolemæi Physconis F. è qua genitus illi filius ANTIOCHVS X. Deinde SELEUCE, prioris soror: Et postremò CLEOPATRA cognomento σελεύη, quæ antea cum fratre fuerat.

XVIII. ANTIOCHVS X. cognomento ευσεβης, inuasit regnum contra SELEVCVM V. idq; pulso illo occupatum, contra Antiochum, Seleuci fratrem, defendit fortiter. Euocatus contra Parthos à LAODICE, Galadenorum regina, prælio infelici cum hoste decertat: tandemq; post cædem ANTIOCHI Dionysij in Syriam reuersus, pellitur à TIGRANE, rege Armeniæ. Iosephus, Appianus.

Duxit in matrimonium ANTIOCHVS CLEOPATRAM, cognomento σελεύη, quæ Et patruo Et patri nupta fuisset, procreato

ex ea filio ANTIOCHO XI. Luit autem Cleopatra tot incestorum poenas dignas. Nam hortata populum ad defensionem contra TIGRANEM, in Seleucia Mesopotamiae ab eo perimitur, ut sunt auctores Strabo & Iosephus.

XXII. ANTIOCHVS XI. cognominatus Asiaticus, quod in Asia educatus esset, redijt sub LVCVLLO in Syriam, ac magno populi studio exceptus beneficio eiusdem, regnum, Tigraue eieeto, recipit, potitus eo tantum annum unum. Nam POMPEIVS Luculli successor, cum prouincias à Tigraue possessas ad Romanos uictores pertinere contenderet, Syriam in prouinciam redegit. Quam iniuriam cum post CRASSI in Parthis cladem Antiochus uindicaturus bellum fecisset C. CASSIO, praelio uictus perimitur: è Seleucidis rex Syriæ postremus, quam à Parthis defensam retinuerit, deinde usq; ad Saracenia tempora Romani. Apianus, Eusebius, Orosius.



DE FAMILIAE RE-
GVM COMMAGENAE SERIE
ET SVCCESIONE.

Commagene parua Syriae regio est, quomodo est auctor Strabo. Huius reges primum nominantur in bellis Cn. Pompeij. Neq; additur origo: etsi à Seleucidis non planè alienos fuisse opinor: id quod ostendere etiam uoluisse uidetur Antiochus Epiphanes, qui patris auxiliares copias in bello Iudaico in morem Macedonicum armauit. De **ANTIOCHO I.** stirpis conditore uariare à Dione nonnihil uidetur Plutarchus. Nam inter Asiaticos Reges, qui pro **ANTONII** partibus contra **AVGVSTVM** Caesarem propugnauere, refert **MITHRADATEM** Commagenum: cum in isto tempore adhuc in uita fuerit **ANTIOCHVS**, isq; primum post annorum aliquot interuallum successorem acceperit Mithradatem. Idcirco fratrem hunc **ANTIOCHO** attribuimus: cum quo postea ei lites fuisse, prodidit Dion. Etsi idem successorem Antiocho datum ab Augusto ait non Mithradatem fratrem, sed alium, cuius parentem antea Antiochus occidisset. Atq; pertinuerit ne Mithradates is ad hanc familiam, planè incertum est. Tamen mox ad illam regnum reduxit **ANTIOCHVS II.** quem primi filium facimus, cum
quidem

quidem successorem Antiochum III. hoc natum tradat Dion, & sequentium propago certa sit ex Iosepho. Habuit igitur Commagene reges tantummodo quinque: qui regnarunt annos circiter 135. Nam etsi Romani etiam in regionem hanc inuolarunt, tamen ad suos reges redijt: penes quos mansit usque ad imperium VESPASIANI. Tum enim ANTIOCHO deiecto iterum à Romanis occupata, prouinciæ Augustophratensis, seu ut habet Ammianus, Euphratensis, nomine eis deinceps pareret. Regia Commageni Reges usi sunt Samosatos, ut sunt auctores Ammianus & Strabo.

FAMILIA REGVM
COMMAGENAE QVAE
REGNAVIT ANNOS CIR-
CITER CXXXV.

I. ANTIOCHVS. I. oppugnatur à CN. POMPEIO post debellatum TIGRANEM: nec multò post in amicitiam receptus, donatur Seleucia Mesopotamiæ. Bello ciuili eidem auxiliares copias mittit contra Cæsarem: cumque postea attractum à Labieno in Syriam PACORVM Parthum, palàm iuuisset, à Ventidio Samosate obsessus, & mulctandus ANTONIO relictus, talentis 300 redimere pacem cogitur. Euocatus Romam ab AVGVSTO Cæsare, quod lega-
D 5 gatum

gatum fratris, cum quo litem habebat, Romæ dolo occidisset, et in Senatu damnatus, capite plectitur. Strabo, Iosephus, Dion, Orosius. Meminit Cicero Epist: famil. lib. 15. Epistola 1.

II. MITHRADATES I. Antiochi. I. frater, propugnauit pro ANTONII partibus contra Augustum Cæsarem. Inde discorde fratre usus, legatum ea de re Romam missum insidijs eius amittit. Plutarchus. Dion.

III. MITHRADATES II. donatur regno ab Augusto Cæsare, quod patrem Antiochi I. fraude amisisset. Dion. Neq; aliæ huius regis res gestæ commemorantur: estq; æquè incertum quot in regno annis fuerit.

ANTIOCHVS. I. liberos suscepit AN-
TIOCHVM. II. & Filiam ἀνώουμωρ.

IIII. ANTIOCHVS II. reducit re-
gnum ad familiam: mortuus sub TIBERIO.
Cumq; contentio inter Plebeias & nobiles orta
esset, his regnum in prouinciæ formam redigi po-
stulantibus, illis contra sub rege uiuere cupientibus,
Prætor eò mittitur à Tiberio. Q. Seruius, Iose-
phus, Tacitus.

Filia ἀνώουμωρ & nupsit ORODI I. regi
Parthorum. Dion lib: 49.

Antiocho II. nascitur ANTIOCHVS

III.

V. AN

V. ANTIOCVS III. recuperat regnum à CALIGVLA cum parte Ciliciæ: nec multo post spoliatus utroq; restituitur à CLAVDIO. Compescuit tumultuantes Clitas Cilices, Trosobore duce in potestatem redacto. VESPASIANVM contra Vitellium ad imperium euectum copijs auxiliaribus iuuit: cumq; Iudæos cum eodem oppugnasset, post in suspicionem societatis Parthicae à Cesennio uocatur: & subito bello oppressus, atq; in Cilicia dedere se coactus ad Imperatorem captiuus mittitur. A quo uinculis solui iussus primum Lacedæmone, inde Romæ uiuere permittitur. Iosephus, Dion, Tacitus, Suetonius. Floruit potentia & opibus: quæ utraq; cum tam leui momento iam senex amiserit, suo nos casu docet: Nullum ante mortem dici beatum oportere, ut ait Iosephus.

Reliquit ANTIOCVS III. liberos Antiochum, Callinicum & IOTAPEN.

Antiochus cognomento ἐπιφανής, pugnavit cum OTHONE contra Vitellium. Bello Iudaico Vespasiani præfuit auxiliaribus patris copijs: quibus Hierosolymam temerè adortus, cū clade repel- litur. Post patris fugam proficiscitur in Parthos: unde reuerti permissus, ad eundem Romam se deportat. Iosephus, Egesippus, Tacitus. Fuit ei desponsata MARIAMNE, Agrippæ I. regis Iudæorum.

deorum F: quam desponsationem unà cum circumcissione promissa postea renunciat.

Callinicus memoratur à Iosepho lib. 7. de bello Iudai: cap: 27.

IOTAPE conuupta fuit cum Alexandro, rege Lesidis in Cilicia: Iosephus.

REGES BITHYNIÆ.

DE BITHYNIÆ APPELLATIONIBVS ET COLO-

NIS: BITHYNORVM ORIGI-

ne, migrationibus, Imperijs, regijs familijs,

et qui de Bithynico regno scripse-

rint Auctores.

BITHYNIAS scriptores duas nominant, unam Europæ, Asiæ alteram. Illam supra Thraciam ad Salmydessum collocant: hanc ad Pontum Euxinum, et Propontide, Mysia et Paphlagonia terminant. Atq; de Europæa ut ne uerba plura faciamus, Asiaticam diuersis appellatam nominibus Seruius scripsit: quæ nomina fuisse hæc inuenio: Mysia, Mygdonia, Bebrycia, Mariandynia: profecta uidelicet atq; deriuata à gentibus, quæ eam incoluerunt. Nam has quidem diuersas consedissem Bithynia accepimus: nempe M Y S O S

C I M =

BITHYNIÆ.

51

CIMMERIOS, ASCANIOS, CAUCONES, DOLIONES, CHALCEDONIOS, BOEOTOS, MYGDONES, BEBRYCES, MARIANDINOS, & à quibus terra ipsa nomen retinuit, BITHYNOS. Quas ut lingua, institutis, moribus, ita & origine discerno.

Nam Mysi, Cimmenij, Ascanij, Caucones, Germanicæ stirpis sunt. Atq; de Mysis alibi à nobis explicatum est diligentius, quæ repeti hîc uolumus. CIMMERII pulsî seu à Thracibus, in qua opinione est Eustathius, seu ab Halyatte, rege Lydorum, quâ sententiam sequitur Herodotus, condidisse in Germania Cimbas, quorum fortitudo bellica è Romanis historijs nota est: ASCANII propagarunt Tuiscones & Teutones, quod nomen abo- lito altero Germanorum, à Romanis usurpato, in nostra lingua mansit: CAUCONES eiusdem nominis gentem ad Oceanum Germanicum. Putaturq; has tres gentes Germania colonos habuisse antiquissimos. Vnde neq; eorum coniectura improbanda, quæ appellationem GOMER singulariter de Galatis seu Gallis accipiunt. Quandoquidem cæteroquin nomen hoc utrisq; hoc est, Germanis & Gallis, ut postea distingui cæpere, commune fuit.

DOLIONES, CHALCEDONI
& BOEOTI Græci sunt: & Dolionum nomen
ad

ad conditores Ionas alludit: Ab his enim propago:
Boeoti sunt ab Æolibus, teste Thucydide: Chalcei
donij à Megarensibus.

Reliquas quatuor, Mygdonas, Bebrycas, Ma-
riandynos, Bithynos ex perpetuo scriptorum con-
sensu Thracas facimus. Neq; audiendus Pausanias,
qui Bithynos ex Mantinea Arcadiæ propagat. Est
autem THRACVME origo & nomen à Thi-
ra, filio Iaphet, teste Iosepho.

Nam Græcorum opiniones & etyma ut com-
menticia & ficta reiicimus. Neq; de Mygdonibus
& Bebrycibus plura hoc in loco addimus: cum quia-
dem annotarit Plinius, Bebrycas suo tempore inte-
riisse: quod tamen cur admitti non possit, argumen-
ta multa sunt. Et profecti ab his uidetur PHRY-
GES, mutilato uidelicet principio, quos Strabo &
Breges & Bregot uocatos, scribit. Atq; de Bithy-
nis institutæ expositionis seriem ut pertexamus,
omissis, quæ de ipsorum tã origine quàm nomencla-
tura nonnulli prodidere, hos cum Mariandynis ut
nominis, ita stirpis eiusdem facio: quæ est à THY-
NIS, gente Thraciæ, ut in cæteris auctor est Strabo,
qui idem & Thyniam Insulam nominat, quomo-
do Stephanus & Ammianus Thyniam regionem.
Sic enim Claudianus:

Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithyniæ
fertur.

Et

Et inter subditas SEVTHÆ, regi Thraciæ, gentes Xenophon Thynos nominat: quorum ibidem meminere Plinius, Solinus, Eustachius. Refert etiam ad eandem originem MÆDOBITHYNOS & OETHYNOS, quos posteriores Herodotus inter gentes à CROESO debellatas recenset. Nam Mædobithynos Stephanus in Macedoniam collocat. Nec tamen unde istæ nominum mutationes extiterint, sciri certò potest. Quod si sentire cum ijs libet, qui in Bithynia Hænetæ lingue usum fuisse affirmant, sonant BITHYNI Thynorum accolæ, eadem nempe deriuatione, qua POMERANI & BORVSSI à maris & Russorum confinio nomen accepere. Atq; uidetur rursus à Mædis composita appellatio MÆDOBITHYNI, quod utrosq; fortè gens hæc conditores habuerit. Nominant enim ueteres inter Thracicas gentes Medos: de quorum coniunctione cum Dardanis Mysis, & irruptionibus in Macedoniam multæ Romanæ historiæ commemorant. Vnde & postea temporis tum hos tum Thynos & Bithynos, eos nempe, qui in Thracia sedes retinuere, gentes nostras in Germaniam consecretatos opinor. Nam à Mædis deriuo nomen Urbis MADEBURGÆ, ut à Bithynis VVittini & VVittinburgæ, seu quæ enunciatio iam recepta est, VVittenbergæ. Et habet Thynorum nobilem familiam Thuringia, quæ & ipsa à gente conseruasse nominis id uidetur,

ut nō

ut in VVestphalia ab Henetis Slauis, quorum pagi dicuntur die wendische Börde/ nobiles VVendi: Nam tenuisse oram ad Salam & Albim Henetos adeoq; in ipsam Saxoniam et VVestualiam colonias deduxisse, prorsus dubium nullum est. An uerò e Thracia Bithyni in Asiam migrarint, quod uelle ueteres uideo, seu potius hinc ad Thraciam accesserint, non disquiro nunc enodatius. Enimuero Eusebius & tempus migrationis huius definiuit, qui facit annum sextum DORVSSI regis Lacedaemoniorum. A quo ita dissentiunt Appianus & Eustathius, ut ille post bellum Troianum Bithynos, quos Thraces & RHESI socios nominat, in Asia mansisse, hic uerò post eiectos CIMMERIOS sedes easdem occupasse illos, tradat. Id quidem certè nos literæ sacræ docent, instauratum humanum genus in orientali Asia. Ideo & Bithynos inde in terram aliam progressos, necesse est: quam seu Thraciã seu Asiam existimare uoluerimus, nullam in partem peccabitur. Quandoquidem postea & GALATAS nostros ex Europa isthuc immigrasse constat.

Imperia principio Bithyniam diuersa habuisse, inuenimus. Nam quod scripsit Diodorus, Bithynos à NINO subactos, sub Assyriorum deinde dominatu fuisse, fide caret. E Bebrycum regibus nominant Plutarchus & Polyænus MANDROANEM: e Mariandynis LVCVM Hyginus. Sed obseruare

intestina distracti essent, ZIPOETES ea inuadit, & usus occasione prouinciam illam inuadit, & occupatam feliciter, tandem etiam de consensu Ptolemæi, ducis & propinqui ANTIGONI, retinet. Collocat Diodorus tempus id in Olymp: 116. annū secundum Coß: Sp. Nautio Rutilio et M: Popilio Zenate. Vnde quidem eos etiam noui huius Bithynorum regni, quod alterum possedere, initium sumimus. Quis autem fuerit LIPOETES ille et quam posteritatem reliquerit, à scriptoribus traditum non est. Pausanias ex nomine Thracem fuisse opinatur: quod relinquimus in medio. Neq; sciri certò potest, an NICOMEDESI. qui post eum regnauit, ad familiam ipsius pertinuerit. Nam patre Zela natum, Stephanus tradit. Tametsi in eam sententiam magis omnino inclinem: estq; credibile, Nicomedem hanc ob causam nomen Zipætis in filio repetiisse, quod familiæ id usitatum esset. Ac quanquam uirtus illius eximia esset, tamen arma fortè ipsi induit, atq; ad rebellionem contra Zipætem inuitauit, tum q. ingenita magnis ingenijs ambitio & principis loci tenendi cupiditas, tum quod potentia eius in bello contra LV SIMACHVM concidisset. Quippe hunc eundem existimamus, quem Liuius Zibocam nominat. Enimuero inter Bithynicos Reges ita Nicomedem claruisse, ut qui ei successere, nomine ipsius, sicuti à Ptolemæo Ptolemæi usi fuerint, Strabo annotauit.

Idcirco

Idcirco alterum Bithynia ex hac familia regem habuit NICOMEDEM: à quo quidem propagatio huius certa est ex Stephano usq; ad PRVSIAM. Neq; dissentit Strabo: nisi quod Zela Prusie cognomentum facit: quod tamen potius exemplaris deprauati quam auctoris erratum esse uideatur. Et Zela nomen uariat ita Stephanus, ut alibi Zela, alibi Zelatus hoc scribat. Prusie posteritatem pertexit deinde Appianus, diligenter & fide summa. Nam aliorum inuenimus opiniones alias, adeoq; inter se planè discrepantes. E quibus Iustinus præterquam quod NICOMEDEM Epiphanem omittit, etiam belli Mithradatici initia in Nicomedis postremi imperium collocat. Et Suidas cognomentum $\mu\omicron\nu\omicron\delta\epsilon\zeta$ Nicomedi Epiphani attribuit, eundemq; ab ATTALO II. Romanorum interuentu Bithyniam recuperasse ait. Sed ab his ea quidem parte discedemus. Quandoquidem Appiani narrationes ut sunt exquisitiores, ita ideo etiam uidentur uerisimiliores, quod de Socrate Chresto consentiat Iustinus. Atq; nos quidem his ita insistemus, ut è Iustino assumamus, quæ quàm minimè cum Appiano pugnent. Et quia idem disertè hoc affirmat, Nicomedem Philopatoris F. Bithyniam Romanis reliquisse, & tamen alibi historie de Philopatoris restitutione id mox subiicit, ut eundem accipere uideatur, ego hæc ita disiungo, ut Philopator post reditum non diu fuisse in uita,

itaq; regnum mox ad filium peruenisse existimemus. Estq; hinc fortè & Iustini error, qui ut diximus, tum bellum MITHRADATI illatum tum restitutionem factam à Romanis, Nicomedi ultimo ascribit. Quanquam interim & hoc accidere potuit, quod Philopator multum filij opera usus sit: indeq; quod utrisq; commune esset, uni tributum sit. Relinquitur iam dubium aliud de Nufa, quem Salustius genitum Nicomede ultimo & cum regni successor ab eo appellatus esset, à Romanis exclusum, refert: Cum alij scriptores magno consensu regem illum masculis liberis orbem decessisse, ideoq; Romanis testamento Bithyniam reliquisse, tradant. Idcirco ab hac sententia discedendum non est: Etsi fieri potuit, ut è concubinis, quas Asiatici reges multas semper habuere, filium illum Nicomedes suscepit. Vnde oriundum ab eadem hac familia censemus NICOMEDEM Bithynium, quem memorant Hirtius & Appianus: ita quidem ut regium ipsius genus è Cappadocia de materna Origine intelligamus. Nam patrem ei attribuo Socratem Chrestum. Neq; dehinc alij ex Bithynica stirpe referuntur, ut concidisse hanc in eo totam, opiner. Quandoquidem & Romani Bithyniæ possessionem, semel occupatam nunquam deinde dimisere, cum tam Bosporus quàm Pontus ad Mithradatis Eupatoris hostis posteros redierit.

Auctores de Bithynico regno scripsere è Grecis:

Polya

Polybius, Diodorus, Strabo, Plutarchus, Pausanias, Appianus, Dion, Eusebius, Stephanus, Cedrenus, Suidas, Lucianus, Athenæus: è Latinis, Salustius, Hirtius, Liuius, Florus, Valerius, Suetonius, Plinius, Solinus, Iustinus, Eutropius, Crofius, Sex. Rufus, Probus, Gellius. Citantur etiam à Stephano & Scholiaste Apollonij: Arrianus Nicomediensis, Artemidorus, Asclepiades, Demosthenes.

FAMILIA REGVM
BITHYNIÆ QVÆ POST
ALEXANDRI MONARCHIAM,
hoc est ab anno V. C. CCCCXXXVIII.
quo tempore primum ZIPOETEM no-
minat Diodorus, regnavit annos
CCXXXVIII.

I. ZIPOETES, Thrax, occupat Bithyniam, dissidentibus inter se civili bello ducibus ALEXANDRI: atq; Chalcedonenses bello adortus, & ingenti strage devictos obsidere aggressus, depellitur à Ptolemæo, duce ANTIGONI, & cum pacis admittere conditionem, tum obsides dare cogitur. Hinc novi hostis LYSIMACHI armis oppugnatus, amittit Astacum Urbem, quam condiderat cum Zipœtio: Postremum bellum gessit cum NICOMEDE Magno: à quo cum aliquandiu se defendisset fortiter, eijcitur à Galatis. Diodorus,

Strabo, Plutarchus, Pausanias, Stephanus, Liuius, Scribunt hoc nomen alij Zibyta, alij Zepoetus, alij Zyota, alij Pedalsus.

Zela memoratur à Stephano νικομείδεια.

II. NICOMEDES I. cognomento Magnus, belligeravit cum ZIPOETE & GALATISijs usus auxiliaribus, qui cum LVTAARIO in Asiam inuaserant, duem horum alterum LEONORIVM, qui Byzantij, substiterat, in Bosporo traiciendo adiuvat: Itaq; per utrunq; Zipoete pulso, Bithyniam omnem in potestatem suam suscipit. Liuius. Tradidere Strabo & Stephanus, conditam ab Nicomede Nicomediam Urbem, translatis eò Astaci habitatoribus, quam destruxerat LYSIMACHVS: à qua sententia nonnihil dissentientes Pausanias, Eusebius, Cedrenus, tantummodo hanc ampliatae ab hoc rege, indeq; à nomine ipsius Nicomediam dictam, uolunt. Meminit idem Appianus statuæ Nicomedis in foro Traiani.

III. ZELA, coniunxit Zipoetes exulavit patris exemplo amicitiam in Macedonia, unde cum Galatis: quorum principes inuitatos ad conuiuium reuocatus à Byzantijs, & PRVSIÆ hostis oppositis per insidias conatus tollere,

his detectis, iisdem ipse petitus, subito morbo extur, & quam perniciem alijs tinguitur. Polybius struxerat, subit. Athenæus lib: 4. lib: 2. Cap. 18. Stephanus Zielam Cappadocia ab eo conditam, & Cressam Paphlagonia occupatam ait.

III. PRUSIAS, Cognomento ΚΥΡΗΚΟΣ, oppugnauit cum Rhodijs Byzantios, & grauiter afflictis, CAVARIGalli interuentu pacem reddidit. Hinc Gallorum armis prouocatus, qui ab ATTALO I. in Asiam attracti, nec multo post dimissi commune Asianis omnibus bellum fecerant, acri praelio uictos tractat crudeliter, neq; ætati neq; sexui parcens. Contra Cianos infelici consilio PHILIPPVM, regem Macedoniae attraxit. Nam Vrbe ui capta atq; euersa, nihil præter arcam recipit. Idcirco & amicitiam cum eo deinde remissam habet & PERSEVM successorem tantum promissis contra Romanos dubijs suspensum tenet: impudenter etiam & stolidè senatui Victoriam de eo gratulatus. In bello Antiochi literis Scipionis à societate huius auertitur. Atq; infestissimis usus EVMENEII. & ATTALO II. fratribus, illi astu ANNIBALIS uicto, quem Annibalem post debellatum Antiochum ad se profugum, domo & hospitio susceperat, per Romanos

conciliatur : huic uerò fraudulentè circumuento
 etiam Pergamum adimit, ausus inter reliquam præ-
 dam Æsculapij statuam Auream, cui antea sacrifi-
 carat, auferre : nec multò post iussu Romanorum
 satisfacere eidem cogitur. Neq; cessarunt dehinc
 odia & insidie inter utrumq;. Cumq; ad facinora
 cætera, quibus suorum animis uehementer abaliena-
 tis, beneuolentiam horum omnem in Nicomedem F.
 conuerterat, cædem eiusdem addere & natis ex al-
 tera coniuge liberis, regnum relinquere instituis-
 set, iisdem artibus oppugnatus, & destitutus post
 legatorum Romanorum discessum, & institutam
 contra se apud eosdem à proceribus subditis accu-
 sationē, ope omni, Nicomediæ filij iussu perimitur.
 Polybius, Strabo, Plutarchus, Appianus, Lucianus,
 Eusebius, Liuius, Florus, Iustinus, Probus, Oro-
 sius. Fuit regij nominis maiestate planè indignus,
 & adulationis tam abiectæ, ut pileatus capite ra-
 so, obuiam legatis ire, libertumq; se P. R. ferre,
 & ideo insignia ordinis eius gerere solitus sit: fau-
 tor omnium humiliorum, hoc est, qui cupiditati-
 bus ipsius improbis obsequerentur : & fidei in-
 certæ : Vnde & ANNIBALEM, cuius forti
 opera usus fuerat, dedere I. QVINETIO insti-
 tuit. De quibus eius moribus cum eleganter expli-
 cet Suidas, Verba eius adijcere uisum fuit. PRV-
 SIAS Rex, inquit, odioso aspectu, quamuis
 ex ratiocinatione melior, dimidius Vir exters-

FAMILIA REGVM

COMMAGNE ENATRES
CORRECTION

I. ANTONIUS DE MERRADIS

III. ANTONIUS DE MERRADIS

V. ANTONIUS DE MERRADIS

ANTONIUS DE MERRADIS
ANTONIUS DE MERRADIS

FAMILIA REGVM

ANTONIUS DE MERRADIS


ANTONIUS DE MERRADIS

ANTONIUS DE MERRADIS


ANTONIUS DE MERRADIS



FAMILIA REGVM COMMAGENÆ FRATRES COMMAGENI.



FAMILIA REGVM BITHYNIÆ.



FAM
COM

M

NOCTIA I

ES.

NOCTIA III

* * *

ES.

NOCTIA V

FAM



ES.

ARV
DE

LEVI
XPO

22
DE

22
DE

DE

DE

DE

DE


DE

DE

Fragment of text from the reverse side of the page, including letters like 'D', 'B', 'G', 'H', 'I', 'K', 'L', 'M', 'N', 'O', 'P', 'Q', 'R', 'S', 'T', 'U', 'V', 'W', 'X', 'Y', 'Z' and some red initials.



FAMILIA SELEVCIDARVM, BREVI NOMINVM EXPOSITIONE DELINEATA,



FAMILIA SILEVA
KOMMUNY M. KROST

Anzahl der ...
Ladung ...

ANZAHL ...

ANZAHL ...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...



na specie, & ad res bellicas inutilis & muliebris. Nec enim timidus duntaxat erat, sed & à tolerandis ærumnis alienus, deniq; & animo & corpore per omnem ætatem effœminatus. Multa etiam libido eius erat & petulantia in cupiditatibus corporis. Doctrinæ & Philosophiæ, & quæ in his sunt præceptorum, prorsus rudis: & quid honestas esset, ne cogitarat quidem vnquam, sed barbaram Sardanapali vitam agebat noctes diesq;. Itaq; cum ij, qui regno eius parebant, vel exiguam spem concepissent, toto impetu ferebantur, non modo ad defectionem, sed & ad pœnas de eo sumendas. *Hactenus Suidas.* Condidit ex ruinis Cij, quam Colophoniorum Coloniam nominant Mela, Prusam ad Hippium fluum: A qua diuersa est Prusa ad Olympum montem, condita à PRVSIA primo, hoste CROESI, quæ & nostro tempore superest, præbuitq; regiam sedem OTHOMANNIS Turcis, usq; ad AMV RATHEM I. & MAHOMETVM II. quorum ille Adrianapolim, hic Constantinopolim eam transtulit. Nominat etiam à Prusia Athenæus poculum quoddam Prusium, eumq; ob delicias & molliciem celeberrimum fuisse scribit.

Fuere cum PRVSIA conuuptæ APAME, Diegyllis Thracis F. & N. Filia PHILIPPI, regis Macedonum, Ex Apame genitos cesemus

E S

NICO

NICOMEDEM II. & Prusiam. Altera quos ediderit liberos, non est literis proditum: etsi hos ex ea suscepisse Prusiam constat: Quandoquidem ut regnum in eos transferret, Nicomedem de uita tollere conatus est, teste Iustino.

V. NICOMEDES II. Cognomento ἐπιφρωνῆς adductus à patre Romam, magno studio senatui commendatur. Cuius cum beneuolentiam non minorem quàm qua apud populares florebat, uirtute et moribus optimis sibi conciliasset, apud patrem inoffensa esse incipit, atque per Menam de insidijs eius edoctus, has ATTALI auxilijs in eum retorquet, destitutumque ab omnibus, & post deditam Nicomediam captum, de uita tollit: regnumque occupatum in se transfert. Appianus, Florus, Iustinus, Eutropius. Scribunt Stephanus & Eustathius, conditam ab eo Apameam Urbem, quàm à matre ita appellârit: quod Strabo Prusiae tribuit. Meminere Plinius & Solinus Nicomedis, cuius uxor CONSINGIS propter lasciuiorem cum marito iocum lacerata sit à cane: itemque cuius equus ex interfecti Domini desiderio uitam finierit. Nos utrumque de hoc Rege accipimus, ut qui poenam talionis luerit, nempe passus à filio, quod in patrem ipse commiserat: & fortè huic inde per ἀντίφρασιν φιλοπάτορος & nomen mansit.

Prusias, cognomento μονόδους, pro superiori ordine dentium unum os equaliter extentum habuit,

B I T H Y N I Æ.

65

buit, nec ad speciem deforme, nec ad usum incommodum. Valerius, Plinius, Solinus, Florus.

Suscepit NICOMEDES II. è Consingi liberos, Nicomedem III. & Socratem.

VI. NICOMEDES III. cognomento φιλοπάτωρ regnavit ex S. C. post patrem. Attentavit cum MITHRADATE Paphlagoniam, in qua stirps regia tum interijisset: eaq; deinde fraudulentè solus potitus, etiam ad Cappadociam animum adijcit, quæ pareret tum Mithradati. Ideo à Romanis & Paphlagonia discedere iussus, & Mithradate hoste usus, per Socratem fratrem ab eo oppugnatur: regnoq; eiectus, aliquantò post restituitur à Romanis. Quorum eorundem hortatu contra Mithradatem bellum temerè renouare ausus, & à retrocedente ad Annum fluium decertare proelio coactus, funditur fugaturq; ac regno iterum expulsus, exul deinde Romana castra usq; ad SYLLÆ uictorias sequitur. Quo tempore redire in regnum permissus, non multò post cedit è uita. Strabo, Appianus, Florus, Eutropius, Crosius. Quomodo uariet de ipsius & filij historia Iustinus, supra ostendimus. Meminit Diodorus in fragmento lib. 36. & MARIUM contra CIMBROS copias auxiliares ab eo rogauisse ait. Loquitur de eodem C. GRACCHVS apud Gellium lib. II. cap. 10.

Socrates, cognomento ῥησὸς, immittitur Bithyniæ

66

FAMILIA REGVM

thynie à Mithradate Eupatore : apud quem postea in odium adductus iugulatur. Appianus, Iustinus.

NICOMEDES, donatur post PHARNACEM debellatum à Cesare Sacerdotio Bellone in Comanis Ponticis, excluso ARCHELAO, cui Pompeius id concesserat. Hirtius, Appianus.

Nicomedis III. coniunx nominatur à Iustino LAODICE : è qua quam susceperit prolem incertum est. Nam Filij NICOMEDES III. & PYLEMENE Siam antè ei nati fuère : & Iustinus in Epistola Mithradatis ex his Nicomedem Saltatricis filium uocat.

VII. NICOMEDES III. retinet regnum sub Romanorum clientela : eosq; præterito Nusa filio deinde testamento hæredes instituit. Obijt autem anno V. C. D. LXXVI. Florus, Eutropius. De mortis tempore uariat Appianus lib. 1. de bellis civilibus, idq; collocat in Olymp: 176. Creditum fuit C. IULIVM Cesarem, qui sub Thermo prætore tum prima stipendia faceret, Regi huic pudicitiam prostituisse : Vnde acerbo carmine in illum inuehitur Catullus. Idem & milites ei obiecisse triumpho Gallico testantur in ipsius uita Suetonius, Dion lib. 43. Meminit hospitij Cæsaris cum Nicomede Gellius lib. 5. cap. 13.

Nusa

Nusa, memoratur à Filia $\alpha\upsilon\omega\upsilon\upsilon\mu$ Θ ,
 Salustio in Epistola Mi- defenditur à CÆS A-
 thradatis ad Arfacem, ut RE in Senatu : qui
 qui regni successione, quã cum Θ NICOME-
 destinaret ei pater, à Ro- DIS patris in se com-
 manis exclusus sit. memoraret beneficia,
 ridetur ideo et oblique
 notatur à Cicerone.
 Suetonius.

PYLEMENES, creatur Paphlagoniæ
 Rex à patre, fingente originem ipsius è Paphlago-
 num regum stirpe : quod regnum post Romano-
 rum iussu dimittere coactus, tandem ope eorundem
 à Mithradate recuperatum retinet, atq; te-
 stamento eis legat. Iustinus, Eu-
 tropius, Sex. Rufus,



✓ Mm 2563.

54

ULB Halle

3

002 428 296



Mm



... in ...

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

F

D

50

DE



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Gray	Black
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Gray	Black

I
VÆ
DE
ER-
obitu
NTIO-
t in

cinita-
lectio-
ia,

C I O

